

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Evgraphi commentvm continens

**Donatus, Aelius**

**Lipsiae, 1908**

Commentum Eunuchi

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1594](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1594)

EVGRAPHI  
COMMENTVM EVNVCHI

Rec.  $\beta$   $\left\{ \begin{array}{l} L = \text{cod. Leid. Voss. lat. Q. 34 s. X: — V 6, 21 v. praef.} \\ F = \text{cod. Laudun. 467 s. XV.} \\ G = \text{cod. Sangall. 860 s. XV.} \end{array} \right.$

Rec.  $\alpha$   $\left\{ \begin{array}{l} B = \text{cod. Vatic. Basil. 19 H. s. X comm.} \\ \quad \text{prius: prol.} \\ B' = \text{cod. Vatic. Basil. 19 H. s. X comm.} \\ \quad \text{posterius: — V 4, 17} \\ V = \text{cod. Leid. Voss. lat. Q. 36 s. X.} \\ S = \text{cod. Paris. lat. 16235 s. X.} \\ P = \text{cod. Paris. lat. 7520 s. XI: V 2, 57 — fin. v. praef.} \end{array} \right\} \text{v. praef.}$

$\beta = \text{consensus codicum } LFG \quad \left. \vphantom{\beta} \right\} \text{aut omnium aut eorum qui}$   
 $\alpha = \quad \quad \quad \quad \quad BB'VSP \quad \left. \vphantom{\alpha} \right\} \text{exstant.}$

*Lindenbr.* = editio Frid. Lindenbrogii Francofurt. 1623.  
*Westerh.* = " A. H. Westerhovii Hag. 1726.  
*Zeune* = " I. C. Zeunii Lips. 1774.  
*Klotz* = " R. Klotzii Lips. 1838.

*Bruns* = scholia et glossae (rec.) cod. Halensis in edit.  
 Ter. Hal. 1811.  
*Schlee* = scholia (et glossae rec.) Terent. coll. et disp.  
 Fr. Schlee Lips. 1893.

W. = Wessner.  
 \* \* \* \* lacuna.

*Litteris inclinatis indicavi quae in sola rec.  $\beta$  exstant.*

# EVNVCHVS

## PROLOGVS

SI QVISQVAM EST QVI PLACERE SE STVDEAT BONIS  
QVAM PLVRIMIS hic prologus habet controuersias duas, unam  
ex accusatoris persona, aliam ex defensoris: nam et Te-  
rentius obicit crimen et obiectum purgat. in eo, quod  
obicit, talis est controuersia: comoedias dedit aduersarius, 5  
in his unam, in qua priori loco causam dicit a quo pe-  
titur, non ille qui petit. hoc itaque crimen stultitiae est  
et imprudentiae. ita status est qualitas. alia controuer-  
sia est, quae obicitur Terentio, quae talis est: Graecam  
comoediam in Latinam transferre liceat, de Latina non 10  
liceat. Eunuchum Terentius dedit comoediam <\*\*\*> mores  
parasiti et militis. quod Plautus in sua comoedia habu-  
erat, nunc Terentius in Eunucho posuit. reus est, quod  
contra legem fecerit. hic status primo qualitas absoluta  
ex iuris ratione, deinde qualitas uenialis per ignorantiam. 15  
nunc iam singula, ut proposuimus, explicemus.

1 I SI QVISQVAM EST QVI PLACERE SE STVDEAT BONIS  
QVAM PLVRIMIS controuersiae principium semper est ad beni-  
uolentiam captandam auditorum aut a nostra persona aut  
ab aduersariorum aut a iudicium aut a rebus ipsis. hic 20  
nunc utrumque complectitur, et a nostra persona et ab

3 ex 2. F, om. *rell.* || 6 in 2. G., om. *rell.* || 7 itaque S<sup>2</sup>, ita  
quod *rell.* || 11 *lac. sign. W.*; et in ea descripsit *suppl. Goetz*,  
mor(ibus addit)is *coni. Schoell* | mores *W.*: moris *L*, personam  
(post parasiti) *GS<sup>2</sup>, om. rell.*; *cf. schol. ad v. 30* || 12 habuerat  
*W.*: -rit *codd.* || 15 ratiocinatione *L* || 16 singula *G*, -las *rell.* ||  
18 controuersia *codd. praeter LS* || 20 aduersariorum *Schopen*  
(*cf. infra*): auditorum (-ri<sup>um</sup> *L*) *codd.*

aduersariorum. a nostra sic 'si' est aliquis, qui placere se studeat bonis et minime multos laedere, in his poeta nomen profitetur suum'; ab aduersariorum 'tum si quis est, qui dictum in se inclementius existimauit esse, sic existimet' *sciat, praesumat 'responsum, non dictum esse, quia laesit prius'*. — BONIS QVAM PLVRIMIS quidam intelligunt quam 'plurimis bonis', nos intelligamus extrinsecus plurimos nihil aliud posuisse nisi malos: boni enim admodum pauci sunt. ita in numero, quod 2 dixit 'plurimis', qualitatem potius declarauit. — 2 ET 10 MINIME MVLTOS LAEDERE duo praecepta posuit: placere bonis, non multos laedere. haec et Cicero (*divin. in Cacc. 1, 1*) tenuit 'in causis iudiciisque publicis ita sim uersatus, 5 ut defenderim multos, laeserim neminem'. — 5 INCLE- 6 MENTIVS iniustius, acerbius. — 6 RESPONSVM NON DICTVM 15 ESSE QVIA LAESIT PRIOR ne uideatur Terentius improbam continuo maledici subisse personam, quod prior laederet, dixit respondisse *se* potius, non maledixisse. hoc enim est, quod positum est 'non dictum': dictum enim Cicero de oratore (*II 60, 244?*) maledictum ponit. hinc et male 20 dicere dicta dicere. sequitur controuersia ipsa et criminatio a parte accusatoris 7 QVI BENE VERTENDO ET EASDEM SCRIBENDO MALE. bene uertere est de Graeco in Latinum, 9 male scribere est male uerba componere. — 9 IDEM MENANDRI FAMA NVNC NVPER DEDIT\* nomen comoediae 25 Fama est. et bene addidit 'nunc nuper', ut crimen istud, quod obicit, non longi temporis <sit>, sed ut recens memoria uideatur esse peccati. — 10 SCRIPSIT CAVSAM DICERE  
 α \* [25] aliter FANA (cf. *Ter. codd. BC*).

3 suum *om. L* || 9 quod dixit in numero α || 12 Cicero *Schopen*: hic *codd.* || 14 sit . . . defenderit . . . laeserit α || 15 <id est> iniustius α || 16 quale sit prius (-or B) *FGB, om. B'V* || 19 est 2. *om. L* || 20 hinc et *Schopen*: hoc est *codd.* || 21 <male> dicta *L* | et *S*, est (*om. F*) *rell.* || 22 eas (eos *F*) describendo *F* α || 23 uertere est (est *om. LF*) uertit α || 24 scribere est] scribit α | componit α || 25 fasma *ex corr. F'S<sup>2</sup>* | comoediae] fabulae α || 26 fama *L*, -na *rell.* || 27 sit *add. W*.

PRIVS VNDE PETITVR AVRVM QVARE SIT SVVM QVAM IPSE QVI  
 PETIT VNDE IS SIT THESAURVS SIBI AVT VNDE IN PATRIVM  
 MONIMENTVM PERVENERIT in comoedia sua hoc argumentum  
 est: quidam agrum uendidit, illic habuit patrium moni- 5  
 mentum, in quo thesauros emptor inuenit. comperit uen-  
 ditor: in iudicium uenitur. utique ex ratione et ex con-  
 suetudine prior loqui debet ille qui petit — petitor hic autem  
 uenditor est —, ut secundo loco respondeat a quo petitur,  
 hoc est emptor. at contra Luscius Lanuinus fecit, ut prior  
 loqueretur unde petitur, quam ille qui petit. ergo propo- 10  
 sitio criminis collocata est: incipiunt eius causae quaestiones.  
 ac primo praescriptionis est status. potest enim dicere  
 Luscius Lanuinus 'reprehendi non possum'. placuit in hac  
 14 comoedia hanc praescriptionem solui sic. 14 DEHINC NE  
 FRVSTRETVR IPSE SE AVT SIC COGITET DEFVNCTVS IAM 15  
 SVM NIHIL EST QVOD DICAT MIHI. sed hanc praescriptionem  
 donat et admonet, ne peccet; quam rem subtili accusati-  
 one composuit: ex hoc enim plus accusatur, siquidem de  
 praeteritis se donare crimen ostendit et monuit quasi ite-  
 rum peccaturum. simul et alia crimina multa donare se 20  
 dicit nunc uelle et nihilo minus se post ea nolle reducere,  
 si non laedat inimicus. quibus rebus et personam suam  
 commendat et aduersarii ad confirmandam impudentiam  
 19 †mittat. — 19 ITA VTI FACERE INSTITVIT omni enim genere  
 laborare debemus, ut aduersarios aut in odium aut in 25  
 contemptiorem aut in inuidiam adducamus. ita in odium  
 adduxit, quod dixit 'si perget laedere, ita uti facere in-  
 stituit', in contemptiorem, quod dixit esse tali ingenio, ut  
 ignorauerit, qui prior loqui in actione deberet. subiungit  
 deinde alteram controuersiam QVAM NVNC ACTVRI SVMVS 30

5 uenditor *Westerh.*: emptor *codd.* || 7 autem hic *F* α ||  
 8 a quo petitur] aut petitor β || 11 incipiunt] incipit enim α ||  
 quaestio α || 13 possum] positum: *L<sup>1</sup>F*, posse mortuum *G* ||  
 15 cogitat *L*, cogito *F* || 19 promittit crimen α | monet *F* α ||  
 20 multa crimina se donare α || 21 uelle *W*: nolle *codd.* | postea  
*codd.* | reducere *W*: se ducere *LF*, dicere *G*, male dicere α ||  
 24 mittat (*sser. m. rec.* inuitet) *L*, iniecit *rell.* || 26 in 2. om. *LG* ||  
 27 ita <enim> α

- MENANDRI EVNVCHVM POSTQVAM AEDILES EMERVNT. hic a narratione incipit, quia supra exordium collocatum est. <est> ergo haec tota narratio usque ad propositionem
- 23 criminis et quaestionis, quae incipit ex hoc uersu 23 EXCLAMAT FVREM NON POETAM FABVLAM DEDISSE <ET NIHIL 5 DEDISSE> VERBORVM. pulchre primo generaliter proposuit illam ex aduersarii persona: ita enim oportet, ut sic species subiciatur, quae talis est, ut diximus supra: de Latino in Latino transferre non liceat. haec quaestio sic proponitur
- 25 25 COLACEM ESSE NAEVI ET PLAVTI VETEREM FABVLAM PARASITI PERSONAM INDE ABLATAM ET MILITIS. 'personam' autem hic intelligo non nomina, quod postea declarabo. subiungit responsionem primo quasi quodam statu
- 27 finituo, quae sic iungitur 27 SI ID EST PECCATVM hoc est: an hoc peccatum sit uerum, donat. hinc ad qualitatem 15 ipsam descendit ueniam, quam sic proponit PECCATVM INPRVDENTIA EST POETAE. uenia enim tribus modis fit: ui, casu, ignorantia. cum autem imprudentia uel una de tribus fuerit, sequitur ut coniectura sit, ne aliquid animo fecerit.
- 28 adiunxit ergo Terentius 28 NON QVO FVRTVM FACERE STVDV- 20 ERIT. haec tamen repromissionem argumentorum tenent, non
- 29 ueritatem. ergo adiungit 29 ID ITA ESSE VOS IAM IVDICARE POTERITIS. quoniam diximus illam legem: ex Graeco in Latino transferre liceat, hoc dicit, quod
- 30 30 COLAX MENANDRI EST IN EA EST PARASITVS COLAX ET MILES GLORIOSVS. 'parasitus' autem 'colax' — id est adulator: hoc enim significat — 'et miles gloriosus': et gloriosus et colax mores sunt, ut supra diximus 'parasiti inde personam ablatam

3 est (post narratio) add. S<sup>2</sup>, om. rel. || 7 species sic α || 8 talis W. (cf. p. 89, 9): litteris (om. G) β, qualitatis (in mg. uel litteris m. 1 V) α || 14 iungit α F || 15 peccare LG | hinc W.: hoc (et add. G) codd. || 19 sequitur ut om. α | sit] erit α | ne G, nec rel. | animo G (cf. I 2 in.): -us rel. || 20 qvo] quod G α || 21 tamen <uerba> F α || 22 adiunxit G || 24 hoc <namque> α || dicit W.: -co codd. || 25 in ea est fabula de parasito colace et gloriosus milite α || 27 et (ut codd.) gloriosus — ut] apud Latinos, quod colax (immo alazon) apud Graecos. sicut igitur α || 28 inde est ablata persona parasiti α

- et militis': ergo hae personae in Menandri comoedia sunt,
- 31 quod concludit **31** EAS SE NON NEGAT PERSONAS TRANSTV-  
LISSE IN EVNVCHVM SVAM EX GRAECA. ergo iam non con-  
tra legem fecit, quod ex Graeca transtulit. sed quoniam  
et Latinae comoediae sunt, redit ad ueniam statum, ut 5
- 33 nescisse se dicat **33** SED EAS FABVLAS FACTAS PRIVS LA-  
TINAS SCISSE SE ID VERO PERNEGAT. sic iungitur qualitas  
absoluta de iuris ratione, quoniam licitum est ex neces-  
sitate rerum, ut nota similitudo personas singulas reseruet:
- 35 hoc est enim quod dicit **35** QVODSI PERSONAS ISDEM ALIIS 10  
VTI NON LICET QVI MAGIS LICET CVRRENTIS SERVOS SCRIBERE:  
haec enim semper necessitate naturali sunt apta et in-  
ligata personis. ita fit, ut, quicumque personam aliquam  
collocat, eius debeat mores exprimere. quam rem con-
- 40 cludit **40** DENIQUE NVLLVM EST DICTVM QVOD NON DICTVM 15  
SIT PRIVS. sed hic res intelligamus, non uerba. haec quae  
dicunt Graeci *πράγματα* naturaliter omnibus semper sunt  
aequalia ad dicendum, uerba sunt *terminata* <natura>  
*nostra*. et haec controuersia. sequitur iam ratio prologi,  
quam in Andria praecepi, ut audientiam a populo petat, 20
- 42 concludens simul cum ueniali statu prologum **42** QVARE  
AEQVVM EST VOS COGNOSCERE ATQVE IGNOSCERE QVAE  
VETERES FACTITARVNT SI FACIUNT NOVI, ut hic et absoluta  
qualitas per exempla contacta sit. deinde sic audientia
- 44 petitur **44** ET CVM SILENTIO ANIMADVERTITE VT PERNOSCA- 25  
TIS QVID SIBI EVNVCHVS VELIT. hic iam comoediae ipsius  
res potestatemque noscamus.

2 personas non negat  $\alpha$  || 4 transtulit. sed *W.*: -lisset *LF*,  
-lit *rell.* || 5 redit] redditae  $\alpha$  || 7 se *om.* *LG* || 8 ratiocinatione  
 $\beta$ , at *cf.* p. 9, 19; 89, 15 | quoniam *L*, quod *rell.* || 10 enim *om.* *L* ||  
11 non licet uti  $\alpha$  || 12 inlegata *LF*  $\alpha$ , illisgrata *G* || 15 dictum  
est  $\alpha$  || 16 SIT] est *L* | sed] et *Goetz* (*coll. schol. ad v. 25*) ||  
17 *πράγματα* *Lindenbr.*: ΠΡΓΜΔ *L*, ΠΡΑCMA *F*, ΠΡΑΤM *G*,  
ΠΡΑΤΜΑ  $\alpha$  || 18 ad dicendum (ducendum *G*, dic dū  $\alpha$ ) *codd.*;  
at dicta *edd.* | terminasti *L* | natura *add. W.* || 19 et] sed  $\alpha$  |  
hic *G* | controuersia <est> *B*, *edd.* || 23 et *W.*: est *codd.* || 24 con-  
tracta *G*, cum tacta *V*, cum tacita *BS*



## I.

## 1.

- Prima igitur scaena deliberatiuam integram tenet, quae talis est: deliberat adolescens, an expulsus a meretrice, cui munera missurus est, rursus rogatus ut redeat
- 46 iterum reuertatur. — **1** QVID IGITVR FACIAM haec deliberatiua duas partes in propositione deliberantis continet <et> 5 ex utraque parte argumenta, sed eo hic seruus accedet, ut possit alteram partem persuadere. deliberatiua utique ab honesto et ab utili et ab eo an fieri possit et an necesse sit semper diuiditur. haec igitur an seruata sint considerare debemus. ac primo propositio est QVID IGITVR 10 FACIAM, quae communis est ad utramque partem. deinde incipit una pars NON EAM. adiecit causam cur ire debeat
- NE NVNC QVIDEM CVM VLTRO ACCERSOR. deinde alterius
- 47 partis est propositio **2** AN POTIVS ITA ME COMPAREM. ab
- 48 honesto diuisio ponitur **3** NON PERPETI MERETRICVM CON- 15 TVMELIAS EXCLVSIT REVOCAT REDEAM NON SI ME OBSECRET. rursus diuisio in alteram partem ex diuisione uidelicet illa
- 50 an fieri possit, ut amator contemnat quam diligit **5** SI QVIDEM HERCLE POSSIS NIHIL PRIVS NEQVE FORTIVS, et quasi asserit fieri non posse. deinde adiungit ab inhonesto, quod 20 ultro ad eam ueniet. atque hic adiungit et ab inutili 'quod confessus fueris te amare, eludet, ubi te uictum senserit'. consideratis partibus adolescens concludit ad
- 56 ipsam rursus deliberationem **11** PROIN TV DVM EST TEM- PVS ETIAM ATQVE ETIAM COGITA ERE QVAE RES IN SE NEQVE 25 <MODVM NEQVE> CONSILIVM. hic iam persuasio accedit, quo-

1 igitur *om. B' (edd.)* || 4 iterum *G*, ut *LVS, om. FB'* | reuertatur <ad ipsam meretricem thaidem>  $\alpha$  || 5 duas partes] oratio est  $\alpha$  | propositione] est *add. VS* | et *add. W.* || 6 eo *Zeune*: ea *codd.* | accedit *GF'*<sup>1</sup> || 8 honesto <est> *codd.* || 10 primo post est  $\alpha$  || 12 ire <non> *F*, iri  $\alpha$  || 13 accesor ultro *F* || 17 diuisio <illa> *L* | uidelicet *W.*: uidet *L, om. rell.* || 18 contempnet *L*  $\alpha$  | quē *LB'*, que *G* || 23 <et> adolescens *G* || 24 tempus est tempus (t. 2. *om. FG*)  $\beta$  || 25 IN SE] inquit *codd., cf. infra* || 26 accidit *L*  $\alpha$

niam cogitatio superior ex utraque parte concepta ad integrum aequali cogitationum ratione prorupit. persuadet autem, ut reuertatur ad meretricem, ab eo quod fieri non possit, ut non reuertatur. respondet autem se iniuriam passum. uerum quaestioni opponit illud, quod *in amore* semper 5  
amantium ista sit consuetudo. ergo primo an possit repugnare: QVAE RES inquit <IN SE> NEQVE MODVM NEQVE  
CONSILIVM HABET VLLVM EAM CONSILIO REGERE NON POTES.  
aduersus iniuriam, quam passus est, sic opponitur con-

59 **suetudo 14** HAEC OMNIA VITIA SVNT INIVRIAE SVSPICIONES 10  
INMICIALIAE INDVTIAE. — INCERTA HAEC SI TV CVPIAS RATIONE CERTA FACERE sensus est hic: si haec, quae in amore semper uarie contigerunt ac propterea uidentur incerta, si tu uolueris ratione corrigere, ut certa perficias, tale erit, inquit, ut si operam des, ut cum ratione in- 15  
sanias. subiungit deinde orationem irascentis amatoris exclusi, in qua exprimitur ira, quae numquam uerbo complet, quod cogitat mens. ita posuit **20** EGONE ILLAM ut desit 'non puniam' QVAE ILLVM 'amat' scilicet QVAE ME 'excluit' QVAE NON aut 'ueretur' aut 'metuit': sic enim 20  
iram exprimimus. haec igitur molestiam faciunt: 'tu ergo ea uitia *per curas* noli cumulare, ne sollicitudo geminetur'. et quoniam serui persuasio parum profecerat circa adulescentis animum dolentis quod esset exclusus\*, optima

70  $\alpha^*$ [24] **25** O INDIGNVM FACINVS ex his, quae amori accidunt, et se et illam esse aliter atque aliter asserit, se miserum, illam scelestam dicens. cui seruus persuadet, ut se ab ea redimat quam minimo queat pretio. quam etiam

1 suscepta  $\alpha$  || 2 prorupit <ere quae res in se>  $\alpha$  || 4 respondit L || 6 ita LG | repugnat <dum proponit>  $\alpha$  || 8 potest L || 9 consuetudo <ubi sic assumit (-itur S)>  $\alpha$  || 11 <et post ita concludit> incerta <igitur> haec  $\alpha$  | CVPIAS] postules Ter. || 13 uarie L, -ia rell. || 17 uerbo G, -a rell.; -is Zeune || 18 ut desit] scilicet  $\alpha$  || 19 non om.  $\alpha$  | <scilicet> amat  $\alpha$  || 20 metuet L || 21 molestia L, -sta  $\alpha$  | faciunt om. L || 22 per curas W.: percurras codd. || 23 partum L, -tim F || 24 dolentis animum  $\alpha$  | optima] initium novae scaenae in  $\alpha$

ratione subiungitur scaena, in qua meretrix ipsa est, cuius praesentia et oratio persuadere possit et uultus, ut amator iniuriam ignoscat.

α Bacchidem longius sumpta (supra *S*) translatione definit quid sit, scilicet 'calamitas nostri fundi' id est miseria per hypallagen (yp-*codd.*), quod miseros faciat.

## 2.

81 1 MISERAM ME VEREOR NE ILLVD GRAVIVS PHAEDRIA TVLERIT in hac scaena primo controuersia est, dein deliberatiua. 5  
 controuersia talis est: adolescens amator missurus munera fuerat, quae eadem meretrix postulauerat, et multa alia. meretrix habens amatorem, qui promiserat uirginem quandam, quae aliquando eius meretricis soror dicebatur, sed aberrauerat <et> a praedonibus rapta uenundata fuerat, 10  
 hanc inquam amator alius cum promississet, meretrix adulescentem amatorem exclusit. rea fit iniuriarum. haec controuersia ueniale statum continet: confitetur enim se fecisse iniuriam, uerum dicit necessitate, quod uelit eam puellam a milite recipere, quae sibi soror antea fuerat. 15  
 et quoniam semper uenialis status sub qualibet purgatione coniectura tractatur, an hoc animo fecerit siue necessitate siue alia qualibet causa, tractanda hic erit etiam similiter coniectura. quam quidem rem breuiter percurrit ipsa dicens (v. 16—17) 'non quo quemquam plus diligam, eo feci; sed ita erat res, faciendum fuit'. haec controuersia accusationem habet et defensionem, sed defensio perseuerat usque ad deliberatiuam: nam petitura est meretrix aliquot dies, se adu-

2 et uultus ante persuadere α | ut] et *LF* || 5 deinde *F* || 6 <quae> talis α || 7 postularat α || 8 meretrix — qui] cui alter amator α | qui <ei> *F*, om. *L* || 10 et hic add. *W.*; post rapta legitur in α || 12 <a se> exclusit α || 17 coniecturam (per coni-*G*) *LG* || 18 tractanda (-tata *G*, -ta *L*) hic erit] hic erit tracta α | coniectura similiter α || 19 ipse *LG* || 22 deliberatiuam <orationem> α || 23 aliquos *codd.* | se — pollicetur] et pollicetur haberi deinceps se a phedria adulescente suo amatore α

lescens amatorem futurum pollicetur. omnis autem petitio uim deliberatiuam tenet. ergo secundum ordinem ad singula reuertamur.

- Egreditur meretrix primo: ex hoc declarat se quod fecerit necessario fecisse, quod dicit VEREOR NE ILLVD 5 GRAVIUS PHAEDRIA TVLERIT NEVE HOC ALIORSVM ATQVE EGO FECI ACCEPERIT. duo posuit: 'ne <\*\*\*\*' et 'ne' factum meum aliter Phaedria acceperit quam a me factum est
- 83 aut non intellexerit'. — 3 QVOD HERI INTRO MISSVS NON EST propositionem iniuriae tenuauit nunc, quod quasi minus 10 est ab excluso: non enim dixit 'quod exclusus est', sed
- 85 'quod intro missus non est'. — 5 ACCEDE AD IGNEM HVNC IAM CALESCES PLVS quidam intelligunt 'ad ignem' ad amorem, hoc est ad ipsam meretricem. sed melius illud est, quod quidem Menander aperte dixit, meretrices iuxta domum suam uel in atrio solitas habere aram Veneris uulgariae, cui cotidie sacrificent, ut hoc sit: 'accede ad ignem' hoc est ad aram, ut iocatus seruus sit 'iam calesces plus
- 86 satis'. — 6 TVNE HIC ERAS PHAEDRIA CVR HIC STABAS CVR NON RECTA INTROIBAS optimum principium sumpsit meretrix: cum rea ipsa sit facti, adulescentem coepit arguere,
- 87 quod non ingressus est. — 7 CETERVM DE EXCLVSIONE VERBVM NVLLVM hoc seruus dicit, quod meretrix callide loquitur. dicit tantum de iniuria, unde intelligi licet, quod hic exclusionem posuit, quia seruus accusatoris animo 25 dicit ad illa supra (v. 3) 'quod intro missus non est'. —
- 89 9 SANE QVIA HAE MIHI SEMPER FORES accusatio hic sumit exordium — quod quanto temperamento dictum est! —, quod non semper meretricis fores amatori pateant, quod riuales

1 petitio uim *W.*: petitionem (-tio orationem *B'*) *codd.* || 2 deliberatiua *F'* || 5 quod dicit] dicens  $\alpha$  || 7 *lac. sign. W.* || 8 acceperit phedria  $\alpha$  || 9 aut *W.*: an *codd.* || 10 nunc *W.*: non *codd.* || 11 quod] quo *LVS* || 15 meretricis *LFV*<sup>1</sup> || 16 haberet *LFV*<sup>1</sup> | aram *S*, ara *G*, annū *LFV*, ignē in arā *B'* | uulgariae *Lindenbr.*: illi carā (illic aram *F*, illis caram *G*)  $\beta$  *V*, ulli garā *S*; illecebrae *Schoell* || 17 ut hoc sit] pro hoc igitur dictum est ei  $\alpha$  || 18 ut] et? | seruus <parmeno> sit <dicens>  $\alpha$  || 22 est] sit? | 24 unde] id inde *Zeune* || 29 meretrices *LG*, -cis (*post fores*)  $\alpha$

- sibi praeponatur: hoc enim dixit QVIA SVM APVD TE PRIMVS. et cum meretrix dissimularet totum impetum, rursus
- 91 adulescens accusationes effudit **11** QVID <MISSA> O THAIS THAIS. iteratio nominis accusantis ostendit iracundiam. — VTINAM ESSET MIHI PARS AEQVA AMORIS TECVM sensus hic 5 est: utinam et tu amoris partem mecum habuisses: si enim hoc fuisset, posset contingere, ut in hac iniuria aut tibi doleret, ut mihi dolet, *aut mihi non doleret, ut tibi*
- 94 *non dolet.* hoc enim dixit **14** EGO ISTVC ABS TE FACTVM NIHILI PENDEREM hoc est: factum tuum contemnerem. — 10
- 95 **15** NE CRVCIA TE OBSECO ANIME MI PHAEDRIA incipit defensio, quae optimum principium tenuit, ut irascentis primum animus temperaretur. deinde consilio generaliter subiungit argumentum meretrix, sed coniecturale, quod non hoc animo fecerit, quo alium apud se uideatur habere po- 15
- 96 tiorem: hoc enim dixit **16** NON POL QVO QVEMQVAM PLVS AMEM AVT PLVS DILIGAM EO FECL. similiter subiungit gene- 20
- 97 rale aliud argumentum status uenialis ex necessitate **17** SED ITA ERAT RES FACIENDVM FVIT. post meretrix conturbata oratione serui petit audientiam, ut plenior origo narretur: 20 non tantum exclusionem ipsius narrare debet, sed et causam. post principia petit audientiam, qua concessa nar- 25
- 107 ratio incipit **27** SAMIA MIHI MATER FVIT. breuitas semper in narratione seruanda est et in dictione aperta uerba. ita hic *et* nomen et affectum et locum posuit habitationis. 25 narrat matri suae datam puellam dono a quodam mercatore ab Atheniensi ciuitate sublatam ac se ignorare dicit, utrumne ipsa ciuis Atheniensium fuisset <an> tantum de ciuitate sublata sit. adicit illud, quod 'nomen matris et patris dicebat ipsa' (v. 31): etenim proficit ad causam 30 eius rei, quam petitura est. scimus enim in narratione

5 amatoris L | sensus <enim> α || 6 amoris G, amatoris et (amoris post mecum addito) LFα | sic LVS || 10 nihil L || 13 temperaretur L, -peretur *rell.* || 16 qvo *om.* LGα || 22 quam βV || 24 in 1. *om.* L || 25 posuit (primum *add.*) Zeune: posuimus *codd.* || 28 an *add.* Zeune || 29 sit in *mg.* V, *sscr.* FB' (*del.* ?) || 30 etenim FG, enim *rell.* | <hoc> proficit FB' || 31 quam

rationem futuris quaestionibus collocari. quoniam ergo dictura est concedi sibi debere aliquot dies, ut puellam recipiat, et hanc adiungit causam, ut suis parentibus reddat: 'uolo enim' inquit 'amicos sic parare beneficio meo' (cf. v. 69). ideo praemisit 'matris nomen et patris', ut 5 ueri simile sit posse hinc parentes sciri, si nomina iam tenentur. denique adiecit et alia signa sibi cognita esse, quia mercator ex praedonibus unde emerat se audisse dixerit abreptam esse e Sunio. 'Sunio' autem intelligit locum prope Athenas iuxta mare collocatum. redit rursus 10 ad affectum, quod dicit sibi carissimam esse puellam, cum mater sic eam educauerit, ut opinione populi filia diceretur. inde narrat discessum suum: excitat enim, quod cum hospite Athenas uenerit, qui sibi haec omnia, quae habebat meretrix, dereliquit. quam rem quidem non sine 15 causa uidetur adiecisse, sed ut ostenderet, quanta semper mercede dilecta sit, ut adulescens intelligat, non se maximum munus dedisse, cum uideat tantum donari meretrici. hoc quidem seruus negat factum dicens et dominum multa donasse. concedit mulier et ad narrationem redit et dicit 20 profectum militem amatorem suum <et> ad adulescentem Phaedriae notitiam se nunc peruenisse. qua in re commendat animum, cum dicit 47

127 TVTE SCIS POST ILLA QVAM  
INTIMVM HABEAM TE ET MEA CONSILIA VT TIBI CREDAM  
OMNIA. pergit narrationis partes uniuersas complere, quod 25  
mortua matre frater materna bona inuaserit, uirginem uenundederit et speciosam ac peritam artis, quod fidibus sciret, deinde quod eam ille amator suus emerit miles, quod uenerit et irascatur, quod meretrix coeperit alium amatorem habere. hic intelligendum acriter illud est, quod 30

(*sser.* uel cum) *F*, cum *rell.* || 2 debere sibi  $\alpha$  || 6 parentis (*om.* sciri) *LV*<sup>1</sup> || 9 Sunium 2. *F* | intelligüt *G*, -gitur  $\alpha$  || 10 locus .. collocatus  $\alpha$  || 12 eam sic *FG*  $\alpha$  || 14 uenerit <rite>  $\alpha$  | qui *G*, quae *rell.* || 15 <illa (-i *VB'*)> meretrix  $\alpha$  | derelinquit *LG* | <illa> non  $\alpha$  || 19 et *om.*  $\alpha$  || 20 dedisse *FG* | concedit *W.*: -tendit *codd.* et 1. *B'*, *om. rell.* | redit et (ac *FG*) | rediens  $\alpha$  || 21 et *add. W.* | ad *om. LG* || 22 se nunc *Westerh.*: sed hunc *LF*  $\alpha$ , se *G* || 25 pergunt *G*, per<sup>git</sup> igitur *V*

supra (v. 46) dixit 'te amatorem interea loci cognoui', ut ideo miles puellam tanto pretio emerit, quod sciret se tantum amari a meretrice, quippe cum eam sic reliquisset, quae adhuc nullum haberet amatorem. ergo consequenter hodie irascitur miles, posteaquam inuenit meretricem cum hoc amatore. hoc ergo adiungit **58** FINGIT CAVSAS NE DET SEDVLO. et hoc temperate: ostendit hoc militem uelle, ut praeponatur alteri amatori. qua re accepta se pollicetur munus miles quod comparauerat do-  
**138** naturum. — **59** SI FIDEM HABEAT SE IRI PRAEPOSITVM **10** TIBI hoc est: si accipiat fidem <me> ipsum praeposuisse tibi **60** APVD ME AC NON ID METVAT duo sunt 'si fidem habeat' et 'si non metuat'. quid autem metuat? NE VBI ACCEPERIM SESE RELINQVAM. hic iam causas petitionis ostendit: hoc enim petitura est meretrix, ut paucos interim **15** dies, quousque puella dono detur, miles apud meretricem in amore praeponatur. finita narratione concludit ad suspicionem nescio quam exitum narrationis, quod idem miles iam omisso amore meretricis nunc uirginem diligat: hoc  
**142** enim dixit **62** SED EGO QVANTVM INTELLEGO AD VIRGINEM **20** ANIMVM ADIECIT. petit rursus Phaedriam, ut paucos dies sibi commodet, quibus prior esse apud se miles possit. dicit causas quod soror dicta est, quod uelit parare amicos beneficio suo. sed post haec iratus adulescens redit ad accusationem uehementer, quo eam declarare possit in-  
**25** gratam enumeratque beneficia sua uel quae praestiterit uel quae parauerit. quibus accusationibus meretrix uicta, quo facilius adulescenti persuadere possit, quod antea postulauerat, dicit se ei ad omnem uoluptatem commodare consensum, ne eum aliquo offendant. qua re uictus adu-  
**30**

1 dixit <postea miles> te L || 4 quae FG, cum *rell.* | haberet nullum FGα | ergo FB', ego *rell.* || 8 acceptasse L, concepta se G, concessa se FV<sup>1</sup>, concessū se SV<sup>2</sup>, concessisse B' || 9 miles munus VS || 10 ire LGV || 11 me *add. Lindenbr.* | ipsam F, *om. L* || 16 <a milite> puella donetur <sibi> α || 17 a suspicione nescio quem FGα || 18 narrationis W.: narrantis *codd.* || 22 esse *Lindenbr.*: is (*om. G*) *codd.*

lescens omnia se quae meretrix uellet facturum esse promittit et monet, ut memoriam sui nominis teneat. quo discedente ista secum loquitur, quod uehementer diligat Phaedriam neque aliquid callide fecerit, sed cuncta ratione compleurit.

5

## II.

## 1.

- 207 **1** FAC ITA VT IVSSI DEDVCANTVR ISTI haec scaena tenet prima parte mandata serui 'ducantur ad meretricem  
 208 et illa dona, quae ante comparau'. — **2** SATIN HOC MANDATVM EST TIBI aperte, inquit, dicta sunt tibi ista? —  
 209 **3** ROGARE QVASI DIFFICILE SIT sensus est: quasi quid me  
 210 fugerit, sic interrogas. — **4** VTNAM TAM ALIQVID INVENIRE FACILE POSSIS PHAEDRIA QVAM HOC PERIBIT sensus: tam facile utinam lucri aliquid inuenias, quam facile  
 214 istuc amittes. — **8** ET ISTVM AEMVLVM QVOD POTERIS AB EA PELLITO mandat adulescens seruo, uti munus suum uerbis  
 216 ornet et militem meretricis amore discludat. — **10** <ETSI> NVLLVS MONEAS hoc est: etsi non moneas, quod alio in loco (*Hec. I 2, 4—5*) ait 'nullus dixeris, alias ut uti possim causa hac integra'. — **19** DI BONI QVID HOC MORBI EST seruus confirmatus dat consilium domino, ut rus pergat, quia meretrici ante promisit. secum loquitur conquerens fortunas domini: quae est allocutio sola continens dolorem. generaliter tractat tamen, cum non tam de domino quam de amore conqueritur. — **24** MIRVM NI EGO

1 meretrix quae *L* | promittit <adulescens> *L* || 2 quo discedente *W.*: quod inscident et (q- i- om. *G*) *codd.* | ista *Schoell.*: ita *codd.* || 8 et *L*, om. *rell.* | comparau *B'*, -uit *rell.* || 9 tibi ante dicta *FG* α || 10 rogitare *FG* (= *Ter.*) | <si> quid *B'SV*<sup>2</sup> | me om. *G* || 11 fugerit] fuerit *G*, fugiat *F*, -git *rell.* | difficile ante sic *add. G*, post interrogas *rell.* | TAM om. *LGVS* || 14 istud α | amittes *V*<sup>2</sup>*S*<sup>2</sup>, -tis *rell.* || 15 ut *FG*<sup>2</sup> α || 16 <ab> amore α || 18 ut om. *L* α | uti om. *G* | possum *LGBV* || 20 confirmat *L*, -mans *F* || 21 antea α | <cum (con- *V**S*, col- *GB'*)> loquitur *LG* α || 23 tamen] tande *G*, de *L*



ME TURPITER DABO mirum est, inquit, ni turpiter ego hic  
 231 accipiar: hoc est 'me turpiter dabō.' — 25 CVM DECRE-  
 PITO HOC EVNVCHO decrepiti dicuntur magis senes, si qui  
 longa senectute uix loqui possunt et tantummodo fractis  
 uocibus expriment quae loquantur ac sunt quasi quaedam 5  
 crepitacula.

## 2.

232 1 DI IMMORTALES HOMINI HOMO QUID PRAESTAT haec  
 scaena exultationem continet, in qua nihilo minus para-  
 situs loquitur, cuius de moribus et persona collocavit,  
 cum dixit (*prol. v. 30*) 'colax' id est adulator. nam cum 10  
 parasitorum personae antea his moribus essent, uti plagis  
 atque uerberibus risum dominis euocarent, hic nouo more  
 artem exercere monstratur, ut omnia dominis consentiēdo  
 hoc genus artis exercent: ita enim dixit hanc nouam per-  
 sonam de Graeco esse translata. ergo hic mores expri- 15  
 mit suos. et fit comparatio per qualitatem, quae melior  
 ars in parasito esse uideatur, utrum illa, quae plagis ac  
 uerberibus uitam perturpiter contineat, an haec quae ad-  
 sentando et arridendo ipsa potius habere in potestate  
 uideatur dominos. — HOMINI HOMO INQUIT QUID PRAESTAT 20  
 STVLTIO INTELLEGENS SENSUS EST: homini stulto homo in-  
 telligens quid praestat, hoc est quantum antecedit, ut  
 (*Sall. Catil. 1, 1*) 'omnes homines, qui sese student praestare  
 234 ceteris animalibus'. — 3 MEI LOCI ATQVE ORDINIS 'mei  
 loci' pauperem dicit, 'ordinis' parasitum. — HOMINEM HAVD 25  
 INPVVRVM non malum: inpuros enim crudeles et saeuos

3 si quis L || 5 hac sunt G, assunt Lα | quasi om. L ||  
 9 collocavit] ///////////////t L || 12 euocarent Schoell: colloc- codd.;  
 concit- Lindembr. Cf. etiam p. 120, 17 || 13 dominis Schoell: ho-  
 minis (-ni G) codd. || 18 perturpiter L, turp- rell. | contineat  
 Zeune: -nebat codd. || 21 <non> intelligens LFα || 22 praestat  
 <id est praecellit> FGα | quantum antecedit W.: a (ad FGα)  
 te quantum accedit (-dunt G) codd. | ut L, om. rell. || 24 ani-  
 malibus <Multum distant, ut Cicero (cf. De inv. I 4, 5; De or.  
 I 8, 32) 'hoc a bestiis differimus, quod loqui possumus'> FG ||  
 25 hominis Lα || 26 seruos LGα

- appellant, unde et spurcos dicebant saeuissimos, ut Tullius in Galliana (*fr. 3 M.*) 'qui spurce dictum commemorarent in libera ciuitate'. — **4** PATRIA QVI ABLIGVRRIERAT BONA ligurrire est leuiter cibos suspensis quodammodo digitis tangere, ut idem Terentius in *Eunucho* (*V 4, 14*) dixit de meretricibus 'quae foris <cum> cenant, ligurriunt'. ita adiecta praepositione abligurrire plurimum consumere significat. — **5** VIDEO SENTVM SQVALIDVM AEGRVM PANNIS ANNISQVE OBSITVM miserorum expressio his modis semper impletur: uultu, habitu corporis atque uestitu. ita uestitus est, quod dixit 'sentum' et 'pannis obsitum', corporis habitus 'squalidum', uultus est 'aegrum'. sic Virgilius (*Aen. III 593—94*) 'respicimus: dira inluuies inmissaque barba, consertum tegimen spinis' et supra (*v. 591—92*) 'miserandaque cultu procedit'. — PANNIS ANNISQVE OBSITVM obtectum intelligimus 'obsitum', unde intellectus uerbi ipsius efficitur 'pannis obsitum' et 'annis obsitum'. — **237** **6** QUID ISTVC ORNATI EST ornamenta et in malis dicimus, non solum in pulchris et melioribus hoc nomen collocatur. ita cum supra de deterioribus dixerit, subiecit 'quid istuc, inquam, ornati est?' ipse similiter paulo post, cum eunuchum mutata ueste uestitum uideret indecore, ait (*IV 4, 6*) 'ita iam adornabat fugam'. sic ipse alibi (*Ad. II 1, 22*) 'ornatus esses ex tuis uirtutibus'. — **8** HIC EGO ILLVM CONTEMPSI PRAE ME hoc est: me considerans illum miserum dixi. — **10** EX EODEM ORTVM LOCO scilicet quia supra (*v. 3*) dixit 'quendam mei loci atque ordinis'. — **242** **11** QVI COLOR hoc est, quod supra (*v. 5*) positum 'uideo aegrum' NITOR VESTITVS quod supra dixerat 'sentum' QVAE HABITVDO CORPORIS 'annis obsitum', cum contra Virgilius (*Aen. III 590*) dixisset 'macie confecta suprema'. hic

2 in Galliana qui] in gallia (galia L) aqua *codd.* || 4 <ab>ligurrire *LF* α || 6 <ab>ligurriant *L* || 7 <coepit> abligurrire *L* || 8 AEGRVM *om.* *L* || 12 habitus <est> *SV*<sup>2</sup> | squalidum (-us *S*) <est> *SV*<sup>2</sup> | aegrum <est> *SV*<sup>2</sup> | sicut *G* || 14 memorandaque *codd.* || 17 pannis] *de cod. V v. praef.* || 22 indecorum *F* | ait *W.*: ut *codd.* || 30 <est> annis *SV*<sup>2</sup>

- interrogatus ille nescio qui, cur tali habitu et miseria  
 esset ornatus, docet illam artem, quae in parasitis antea  
 244 fuerat. ideo subiecit **13** AT EGO INFELIX NEQVE RIDICVLVS  
 ESSE NEQVE PLAGAS PATI POSSVM. ita utrumque, quod in  
 disciplina fuerat, breui responsione concludit, quod et ri- 5  
 diculus antea fuerit et uerberatus, at contra colax para-  
 situs quod nunc melius artis genus parasitorum esse uide-  
 atur, idque dicit a se primum institutum propterea, quod  
 est hominum genus, qui omnium rerum sibi uindicant  
 principatum, quos sectando et consensu his commodando 10  
 facile in amorem tuum possis inducere. exinde natum  
 248 dicit parasitorum hoc genus, ut colaces sint. — **17** EST  
 GENVS HOMINVM QVI SE PRIMOS OMNIVM RERVM VOLVNT  
 NEC SVNT 'omnium rerum primos' in omnibus rebus pri-  
 253 mos. — **22** IS QVAESTVS EST MVLTO VBERRIMVS concludit 15  
 hanc parasitorum sectam ad sectandum omnibus esse po-  
 254 tiorem. — **23** SCITVM HERCLE HOMINEM HIC HOMINES EX  
 STVLTIS INSANOS FACIT 'scitum' inquit elegantem, ironia  
 tamen. quod autem dixit hunc facile ex stultis reddere  
 insanos, certa ratione concludit, quod semper insanos fa- 20  
 255 ciat praua laudatio, ut Sallustius <\*\*\*>. — **24** IN-  
 TEREAE LOCI VBI AD MACELLVM VENIMVS significauit iam  
 'interea loci' nihil aliud tenere nisi interim, ut 'loci'  
 256 adiectio sit nihil significans. — **25** CUPPEDINARII OMNES  
 'cuppedinarii' sunt qui cupiditatibus populi seruiunt, quos 25  
 257 omnes enumerat: **26** CETARII <'cetarii'> sunt qui salsam-  
 enta uendunt, nam cetariae dicuntur bolonae: cete  
 enim genere neutro pisces sunt, qui ad salsamenta pro-  
 ficiunt. LANII COQVI FARTORES PISCATORES AVCVPES hi  
 sunt 'cuppedinarii omnes'. 'fartores' dicimus, qui gallinas 30

2 artem *B'*, *om. rel.* || 4 utroque  $\beta$  *V*<sup>1</sup> || 5 concludit *GB'S* ||  
 6 et<si> *codd.*, *corr. Lindenbr.* || 7 esse *om. L* || 8 dicta se *L*,  
 dictasse *F*, dicti se *VS* || 10 consensum *FB'* (*edd.*) || 11 tuum]  
*pro* tui | natum *B'*, ratum *rell.* || 15 *is*] his *L*  $\alpha$  || 17 <parasitus>  
 hic *SV*<sup>2</sup> || 19 tamen <est> *SV*<sup>2</sup> || 22 significauit *W.*: -uit *codd.* ||  
 24 cupedinarii *GS* || 25 cupidinarii *LV*<sup>1</sup>, cupped- *B'SV*<sup>2</sup>,  
 cuped- *FG* || 26 cetarii *add. W.* || 29 hi *glossae AA*: aucupes  
*codd.* || 30 cupidinarii *G*, cuped- *rell.* | dicimus <illos> *SV*<sup>2</sup> | qui

farciunt, ut in meliorem usum sagina pinguescant. —

258 **27** QUIBUS ET RE SALVA ET PERDITA PROFVERAM supra  
(v. 4) dixerat hic parasitus de alio 'itidem patria abligur-  
rierat bona', unde ait se quoque bona patria consumpsisse.  
ergo sensus hic est: quibus cuppedinariis et de meo patri- 5  
monio mihi demens ad uictum necessaria profueram et de  
alieno cum obsonaram: hoc enim dixit 'quibus et re salua'  
cum adhuc integrum patrimonium haberem, cum de meo  
emerem, 'et perdita' cum consumpto patrimonio de aliena

259 re mercarer. — **28** SALVTANT AD CENAM VOCANT quidam in-10  
telligunt 'ad cenam uocant' inuitant: solet enim aduenienti-  
bus cena promitti, ut Plautus in multis comoediis (*Epid. I*  
*1, 6*; cf. *Poen. V 3, 32*; *Truc. I 2, 27*) 'aduenienti' inquit 'tibi  
cena dabitur'. sed melior sensus est 'ad cenam uocant'  
hoc est ad emenda, quae in cena sunt necessaria. <nam> 15  
hoc est ueri simile eum, qui aliquid uendat, lucrum po-  
tius uelle ab eo, qui ad se uenire aut quiddam per ob-

261 sequium uelle. — **30** TAM FACILE VICTVM QVAERERE hic  
uere quasi quidam intellectus ille superior explicatur,  
quod dixit 'ad cenam uocant', ut inde intellexerit ille 20  
nescio qui facile quaeri uictum. quamquam et si ad  
cenam emendam intelligat, nihilominus poterit cogno-

263 scere facile sibi parasitos uictum quaerere. — **32** SI POTIS  
EST TAMQVAM PHILOSOPHORVM HABENT DISCIPLINAE EX IP-  
SIS VOCABVLA PARASITI ITIDEM VT GNATHONICI VOCENTVR 25  
nomina disciplinae apud philosophos saepe ab auctoribus  
uidentur imposita, ut a Platone Platonicis, ab Epicuro  
Epicureis. ita hic parasitus exultans nouam hic discipli-  
nam parasitorum cum adulatione complens dicit suum

gallinas *W.*: quia ui *LV*, quia ut *G*, qui aues *F*, qui *S*, qui  
aucillas *B'*; qui pallia *glossae AA* (*ubi* qui altilia *Buecheler*) ||  
2 profuerant *L α* || 4 ait *Goetz-Schoell*: et *codd.* | bona quoque  
*LF α* || 5 cuppedinariis *FG* | de medio *α* || 7 obsonaram  
*Lindenbr.*: -rem *codd.* || 10 mercare *L α*, -rē *G* || 13 aduenienti  
inquit *W.*: aduenientum quid *codd.* || 15 nam *add. W.* || 17 quam  
*S* | uenerit *G*; uidentur nonnulla excidisse | quoddam (quodam  
*G*) *β V* | per *om. G* || 20 uocant *om. L* || 24 disciplinae <item>  
*codd.*; item *glossema vid. esse ad ITIDEM*

- nomen imponi, quod ipse eam primus inuenerit: si quis se parasitus huic nationi et actui uoluerit applicare, ut Gna-  
 265 thonicus esse dicatur. — **34** VIDEN OTIVM ET CIBVS QUID FACIAT ALIENVS duo ad detractionem posuit: 'otium', cum neque animus neque corpus ex otiis curationem humani-  
 268 alienus', ut et de uictu sit iam nulla cogitatio. — **37** RIVALIS SERVVM riuales dicuntur, qui unam amant uel meretricem uel amicam, quod quasi uno riuo amoris utantur. — SALVA RES EST NIMIRVM HOMINES FRIGENT hic sensus est: integra nobis sunt omnia, siquidem aduersarii ante ostium stantes propterea frigide agunt. — **38** NEBVLONEM uel uanum, ut nebula est — neque enim aliquod corpus uel ulla soliditas — uel 'nebulonem' furem, quoniam nebula semper utuntur. Homerus (*Il. III 11*) 'ἀλλέ-  
 269 πτη δέ τε νυκτὸς ἀμείνω'. — HISCE HOC MVNERE ARBITRANTVR SVAM ESSE THAIDEM 'hisce' nominatiuus pluralis est pro 'hi'. credunt exinde suam Thaidem esse, quod tale  
 271 munus adducent. — **40** IMPERTIT participem facit. —  
 272 **41** NVM QUIDNAM HIC QVOD NOLIS VIDES hoc dicit Parmenoni obiciens uirginem in aspectum, quod, cum uidere se Parmeno dissimulasset etiam frequenter obiectam, parasitus interrogare maluit **42** SED QVID VIDETVR TIBI HOC MANCIPIVM, ut tam pulchra uirgo mancipium diceretur. deinde nuntiat irridens seruum hoc munus Thaidi mitti, 25 quod quidem ille cognoscit. idcirco dicit, quo dominus  
 276 suus intelligatur exclusus **45** OMNIVM RERVVM HEVS VICISSITVDO EST, ut usque seruis Terentius uehementes graesque

4 facit FG | detrectationem Gerstenb., at cf. III 2, 26 ||  
 5 ex otiis V<sup>2</sup>, excitus (et c- S) rell. || 6 <insuper> adiecit SV<sup>2</sup> ||  
 7 deuinctus LGV<sup>1</sup> || 11 sunt nobis FG || 12 stantes] stant  
 et ? || 14 quoniam] qui L || 15 ΡΑΕΠΤΗΔΤΕΝΙΚΤΟCΑΜΙΝΟΝ L,  
 ΚΑΕΠΤΗΔΤΕΝΙΚΤΟCΑΜΙΝΟΝ F, ΡΑΕΠΤΙΝΙΡΤΟCΑΜΙΝΟΙΙ G,  
 ΡΑΕΠΤΗΔΤΕΝΙΡΤΟCΑΜΙΝΟΝ VS || 16 arbitrabantur LG  
 18 pro W.: quo codd. | exinde om. L || 19 adducit L, -cunt  
 F (recte?) | IMPERTIT om. L || 20 NOLIS] uelis L || 24 duceretur  
 G α || 26 quo W.: quod codd. || 28 EST om. L | ut usque Schoell:  
 utrisque codd.; ubique Lindenbr.

- sententias applicauit, ut in Andria (*I* 1, 34) Sosia dixit  
 'ut ne quid nimis': est enim astutum seruorum genus et  
 satis ad intelligendum mente uersutum. est autem sensus:  
 nihil in proprio statu perpetuo permanere, sed uerso car-  
 277 dine in diuersas uices cuncta mutari. — **46** SEX EGO TE 5  
 TOTOS PARMENO HOS MENSES QUIETVM REDDAM familiare  
 Terentii 'sex menses' dicere: est enim dimidia anni pars,  
 unde non paululum tempus est. sic alibi (*Ad. III* 3, 42—43)  
 279 'ac non prius sex mensibus olfecissem'. — **48** ECQVID  
 281 BEO TE hoc est beatum reddo. — **50** TVM TV IGITVR PAV- 10  
 LVLVM DA MIHI OPERAM FAC VT ADMITTAR AD ILLAM pul-  
 chra parasiti illusio, ut, cum ipse adducat munus, nun-  
 tiari ab aduersario seruo uelit. quam enim stultum est,  
 cum aduersarius aduersarium nuntiat dona esse missurum!  
 283 — **52** NYM QVEM EUOCARI VIS et haec arte tractata sunt: 15  
 nam cum parasitus domum fuisset ingressus, Parmenoni  
 dicit, an aliquem sibi uelit euocari, tamquam ipse in-  
 grediendi iam non habeat potestatem. — SINE BIDVVM HOC  
 PRAETEREAT scit enim dominum affuturum et ita eum  
 285 meretrici absentiam promississe. — **54** CALCIBVS SAEPE 20  
 INSVLTABIS FRVSTRA hoc est: in fores saltabis calcibus, hoc  
 286 est insilies. — **55** ETIAM NVNC HIC TV STAS per silentium  
 intelligimus parasitum iam ingressum esse ad meretricem  
 et dona tradidisse et nunc egredi, Parmenonem et nunc  
 288 stare ante ostium. — **57** FACETE DICTVM suaue et io- 25  
 290 cunde. — **59** EX PIRAEO locus est mari uicinus iuxta  
 Athenas aptus ad uoluptatem. denique commemorat po-  
 stea adulescentes illic sibi conuiuium praeparasse, quibus

5 mutari *Lindenbr.*: -re *codd.* || 7 Terentio *Lindenbr.* ||  
 12 nuntiarum *S*, -re *rell.* | quam *Westerh.* (*cf.* II 3, 47): cum  
 (Tum *G*) *codd.* || 15 QVEM] quam *LV*<sup>1</sup>, quemquam *F* | euocare  
 uis *G*, euocari <hinc> vis <foras> *SV*<sup>2</sup>, euocari *F* || 17 euocare  
*G* || 18 habet *LG* *V*<sup>1</sup> || 19 cum meretrice *codd.*, *corr.* *Lindenbr.* ||  
 21 <frustra> in *SV*<sup>2</sup> | sultabis (-bit *L*, exult- *SV*<sup>2</sup>) *codd.* ||  
 22 tu hic stas *G*, hic stas *S* || 24 et nunc *I. W.*: et (& *V*<sup>2</sup>, *om. S*)  
 non *codd.* | et nunc 2.] etiam nunc *V*<sup>2</sup> || 27 uoluntatem  $\alpha$  | po-  
 stea commemorat *FG*  $\alpha$  || 28 adulescens  $\alpha$

Chaerea praepositus cenam contubernalibus praeparat. ideo  
 291 adiecit NAM IBI CVSTOS PVBLICE EST NVNC. — 60 NON  
 TEMERE EST NON PASSIM, NON SINE CAUSA.

## 3.

- 292 **1** OCCIDI NEQVE VIRGO EST VSQVAM NEQVE EGO QVI  
 ILLAM E CONSPECTV AMISI MEO haec scaena prima parte 5  
 <con>questionem tenet, quod impeditus sit, cum uirginem  
 sequeretur, in cuius amorem inciderat, quominus eam de-  
 duceret et ubi habitaret agnosceret. post cognitionem —  
 nam fit agnitio ubi maneat seruo indicante — efficitur  
 deliberatio, an ad eam pro eunucho ire debeat. illae 10  
 diuisiones plenae sunt suasoriae: ab utili, ab honesto, ab  
 eo quod fieri potest, quas, ut aequum est, suo loco per  
 ordinem tractabimus. nunc ad conquestionem reuertamur.  
 OCCIDI NEQVE VIRGO EST VSQVAM NEQVE EGO utique neque  
 ego usquam sum, qui illam e conspectu meo perdidit. — 15
- 293 **2** VBI QVAERAM VBI INVESTIGEM quaerere est alicubi rem  
 repositam persequi, inuestigare suspicione aliquid ubi  
 lateat inquirere. — QVEM PERCONTER quem interrogem.  
 inter percontationem et interrogationem hoc interest, quod  
 percontatio responsonem habet ex scientia confirmante 20  
 uel ex narratione: cum dicimus 'ubi habitat?' — hic enim  
 hoc nescire se dicit — responsurus est 'in uia' uel ali-  
 quid tale; interrogatio uero est, cui respondetur 'non'  
 aut '<etiam>', uelut 'fecisti quod iusseram?', cui neces-  
 sario de duobus superioribus efficitur ab eo, qui interro- 25

6 conquestionem *W.*, cf. *infra* || 7 amore *LF $\alpha$*  || 10 ad  
 eum *LFB'V* | illa *LV<sup>1</sup>* || 11 suasoriis <uerbis> *SV<sup>2</sup>* || 12 <ad>  
 quas *L $\alpha$* , <at> quia has *F* || 13 tractauimus *L $\alpha$*  || 15 qui] quod  
*LGV<sup>1</sup>* || 16 rem *V*, iam *rell.* || 17 suspicionem *LGV<sup>1</sup>*, -nis *V<sup>2</sup>*  
 (lac. in *S*) | aliquam *G* || 18 per contra *LV<sup>1</sup>* | quem] quo *LV<sup>1</sup>* ||  
 20 confirmantis? || 21 dicimus] dicit quis? | hic <est> *SV<sup>2</sup>* ||  
 23 non aut post 20 habet *codd.*, *transp.* *Schoell*; etiam *add. W.*  
 (cf. *Andr. IV 5, 5*) || 24 uelut <est illud> *B'SV<sup>2</sup>* || 25 afficitur  
*L $\alpha$*

gatus est, responsio. ergo hic 'quem perconter?' uides utique, quia de habitatione futura fuerat interrogatio (v. 30). ita et in Andria (IV 5, 5), cum Crito quaereret, ubi habitaret Chrysis, dixit 'sed quos perconter uideo'.

- 297 — 6 TAEDET COTIDIANARVM HARVM FORMARVM iam, inquit, me paenitet uidere mulieres cotidianas et assueta forma. — HIC VERO EST QVI SI OCCEPERIT AMARE LVDVM IOCVMQVE FVISSE DICES ILLVM ALTERVM SENSUS EST: hic adulescens si amare coeperit, fratrem eius Phaedriam dices ludum et iocum fuisse, hoc est non amasse: ita 10
- 302 enim hic insanibit in amore. — 11 VT ILLVM DI DEAEQVE
- 304 OMNES SENEM PERDANT hic incipit conquestio. — 13 QVID TV ES TRISTIS QVIDVE ES ALACRIS dicitur cum quodam gaudio idem tristis: nam ex hoc, quod uidisse se pulchram uirginem dicit, quadam laetitia contactus est, quod eandem tamen ex 15 aspectu perdidit, tristis esse debet, ut non solum in fine (v. 11),
- 305 uerum et in principio (v. 1) significarat. — 14 VNDE IS
- 310 unde aduenis. — 19 CVM IN CELLVLAM AD TE PATRIS PENVM OMNE CONGEREBAM CLANCVLVM hoc in loco persuadet seruo, ut auxilium sibi et consilium commodet, et re- 20 petit gratiam, quam dicit se ante praestitisse, ut in Andria (I 5, 57; 59) 'si te in germani fratris dilexi loco . . . seu tibi morigera fuit in rebus omnibus'. — CVM IN CELLVLAM AD TE PATRIS PENVM OMNE CONGEREBAM CLANCVLVM apte beneficium se antea praestitisse, quod conueniret personae, dixit, cum seruulis <in> cellulam patris omnem penum sit solitus transferre. 'penum' tamen intelligimus omne quicquid ad uictum est: quidam enim tantummodo pulmentaria hoc sermone significata uoluerunt. ut Virgilius (Aen. I 703—4) 'quibus ordine longo cura penum stru- 30

1 uides fort. del., cf. infra || 4 habitaret <et> LF $\alpha$  | dixit sed W.: dixisset codd. || 5 HARVM F, om. rell. || 6 asuetas formas G || 7 hoc coeperit L $\alpha$  || 10 dices F, -cis rell. || 11 insanibit G, -uit rell. || 15 contractus codd., corr. Goetz (cf. p. 93, 24) || 16 esse debet ut F, esse debet G, es ut debes L $\alpha$  | <hoc> non F || 17 significarat Schoell: -ret (-re SV<sup>2</sup>) codd. || 20 accommodet B'SV<sup>2</sup> || 21 se dicit FG $\alpha$  || 25 conuenire LF $\alpha$  || 26 in cellulam W.: cellula  $\beta$ , de cell- $\alpha$  || 27 tamen] autem Lindenbr.



- 311 ere et flammis adolere <penates'. — **20** AGE INEPTE>  
ineptum prorsus est, quod non aptum est. ideo 'age  
312 inepte'. — **21** SIVE ADEO DIGNA RES EST VBI TV NERVOS  
INTENDAS TVOS SENSUS EST: si talis haec res est, ubi omnes  
tuos cogitatus possis intendere et plurimum inlaborare. 5  
denique <quia> digna res est, ubi laborandum sit, conti-  
313/14 nuo subiungit **22** HAVD SIMILIS VIRGO EST. — **23** DE-  
MISSIS HVMERIS ESSE NON cibo in tota aliqua pinguedine  
subleuatis. — VINCTO PECTORE macie ita deducto, ut  
uinctae esse uideantur. — GRACILES SIENT legitur et 10  
'gracilae', ut declinauerit Terentius haec gracila. —  
315 **24** SI QVA EST HABITIO PAVLO si est aliqua corpulentior. —  
316 **25** DEDVCVNT CIBVM minus cibi dant. — REDDVNT CVRA-  
TVRA IVNCEAS per hanc operam ita instituendi et ita cibos  
dandi reddunt uirgines iunco similes, quod herbae genus est ita 15  
in longitudinem aequali modo porrectum, uti nulla per corpus  
317 appareat uel nodo effecta pinguedo. — **26** NOVA FIGVRA  
ORIS et in Andria (*I 1, 91—92*) diximus formam esse lau-  
318 dandam 'ibi uideo adulescentulam forma'. — **27** COLOR  
VERVS et hic quoque ad pulchritudinem proficit, ut apud 20  
Virgilium (*Aen. I 1, 590—91*) 'lumenque iuuentae pur-  
pureum', in quo et anni declarati sunt, quod 'iuuentae'.  
ita et hic anni indicati sunt plurimi, id est FLOS IPSE. —  
319 **28** HANC TV MIHI VEL VI VEL CLAM VEL PRECARIO quem-  
admodum petitio a maioribus ad inferiora descendit, si- 25  
cuti semper diximus in petitione esse faciendum. —  
320 **29** MEA NIHIL REFERT DVM POTIAR MODO quaelibet causa  
sit, dummodo ego ad hoc perueniam, ut possim potiri. —  
321 **30** QVID VIRGO CVIA EST hic iam quaeritur, an fieri possit,  
a facultate: quam rem interrogatus adulescens redit ad 30

1 penates *add. B'G*; AGE INEPTE *add. Lindenbr.* || 3 SIVE]  
ra  
si *G* || 5 cogitatus *W.*: cognatus (-tos *GS*) *codd.* | in labore  
*L<sup>1</sup>V<sup>1</sup>* || 6 quia *add. W.* || 7 uirgo est <uirginum nostrarum> *FG* |  
<quas matres student> dimissis *FG* α; dim- etiam *L* || 9 deducta  
*LG* || 10 uincta esse uideatur *codd.*, *corr. Lindenbr.* || 16 utinilla  
β *B'V<sup>1</sup>* || 17 nona figuris *LGV<sup>1</sup>* || 19 uideo] aspicio *Ter.* ||  
24 <uide> quemadmodum? *cf. p. 120, 24 al.* || 28 ut possim *F*,  
possim ut *rell.* || 29 CVIA] cui *LV<sup>1</sup>*

conquestionem, quod sic eam de conspectu impeditus amiserit. — **38** IMMO ENIMVERO INFELICITER recte adulescens reprehendit seruum dicentem 'incommodè': est enim incommodum, cum nos nobis causa sumus, ut aliquid damni sentiamus; at uero hic parum feliciter gesta res est uel **5** infeliciter potius, cum ex euentu et ex fortuna quidam occurreret senex, ut impedimento esse potuisset. et certe mihi uidetur idcirco mutasse genus calamitatis, ut infelicitatem potius quam incommodum diceret, quod incommodum iam malum est quod euenerit, infelicitas uero **10** id malum est, quod peruersa fortuna contingit, quod tamen **331** consilio et uirtute corrigi et sustineri potest. — **40** LIQVET MIHI DEIERARE manifeste, inquit, possum iurare: 'liquet' enim hoc est clarum et manifestum est, ut Cicero pro Cluentio (28, 76) 'quidam sibi iudices non liquere dixerunt'. **15** **335** 'deierare' autem est sancte iurare. — **44** ACCVRRIT AD ME QVAM LONGE QVIDEM hic in omnibus exprimenda est tarditas, quo impedimentum non parui temporis possit ostendere: nam licet 'accurrit' diceret, tamen certum est istam properationem in sene fuisse tardissimam. deinde **20** adiecit et locum, quod dixit 'quam longe quidem'. iste corporis qualitatem subiungit TREMENS, deinde LABRIS DEMISSIS. haec iam ad impedimenta loquendi uidentur appositae, et quod dixit 'tremens' <et quod 'labris demissis'>: scimus enim retortis ad hiatum labris et proeminentioribus **25** minus facile sonos exprimi. adiecit tamen GEMENS, quod tardius in gemitu natura senectutis expresso sono aliquid locutura prorumpet. deinde congeminat quasi reuocationem

1 si LGV || 3 incommode] -dum *codd.* || 5 res est Lindenbr.: re se (sed B') *codd.* || 6 ex 2. om. α || 11 peruersū V || 12 sustineri S, -re *rell.* | possit F || 13 deierare F, (add. illum) SV<sup>2</sup>, delerare V<sup>1</sup>, delirare L, delilare G | <ualde> iurare G α || 14 pro F, om. *rell.* || 16 delirare L, delilare V<sup>1</sup>G<sup>1</sup> || 18 quo W.: quod *codd.* || 19 dixerit Lindenbr. || 20 sene G -nē *rell.* || 21 isti Lindenbr. || 22 dimissis (dem-B') *codd.* || 24 et — demissis add. W. || 25 et W.: sed *codd.* | proeminentioribus] *cf. Thes. gloss. II 137<sup>b</sup>* || 26 sonos W.: son<sup>9</sup> L, solius G α, solere F || 27 natura Zeune: -rae *codd.* | sono S, suo *rell.*

- 337 uel salutationem quod dicit **46** HEVS HEVS, in quo ostenditur tarditas, simulque illud declaratur, quod uere uox ista ab eo coeperit sono, qui et uocem et gemitum declararet. — TIBI DICO et hic quam stulte, ut, cum iam reuocauerit, adiceret 'tibi dico!' sed inde subiunxit, cum <sup>5</sup>
- 338 utique paratus esset adulescens ad audiendum, **47** SCIS QUID EGO TE VOLEBAM: quam enim stultum est, ut, cum ante debeat dicere, ueluti interroget ac dicat 'scis, quid ego te uolebam?'! ita coactus est adulescens respondere, ut diceret DIC. inter uices uocum magna tarditas declaratur. contra respondit ille CRAS EST MIHI IUDICIUM: etiam hoc stultum est, quod ait 'quod cras fuerat futurum, pridie nuntia'. deinde tarda narratio est, quod dicit 'est mihi iudicium'. denique dolor adulescentis et hac narratione
- 339 exprimitur, quod dicit **48** QUID TVM. atque ille adiecit <sup>15</sup> uerba paene non necessaria, cum respondet VT DILIGENTER NVNTIES PATRI ADVOCATVS MANE MIHI ESSE VT MEMNERIT. denique ista sic expressa ex hoc intelligi datur, cum ad-
- 341 iunxit **50** DVM HAEC DICIT ABIIT HORA atque iniecit ROGO NUM QUID VELIT, quo quidem fortasse uerisimile uideatur <sup>20</sup> esse eum, qui properaret, tacente eo, qui retinebat, amplius interrogare uoluisset. uerum hoc ad festinantem magis pertinet: qui enim dixit 'rogo numquid uelit', metuebat, ne forte discedentem rursus senex reuocaret. de-
- 342 nique cum ille respondisset **51** RECTE INQVIT, tunc dicit <sup>25</sup> adulescens ABEO. — CVM HVC RESPICIO AD VIRGINEM post locutionem diu habitam respicio, inquit, ad eam quam
- 344 sequebar uirginem. — **53** MIRVM NI HANC DICIT MODO HVIC QVAE DATA EST DONO hic cognitio efficitur eius, quae
- 346 quaerebatur. — **55** COMITES SECVTI SCILICET SVNT VIR- <sup>30</sup>GINEM interrogat signa, quo facilius quam suspicatur eam

1 in quo *W.*: inquit *codd.* || 8 dicit *LV<sup>1</sup>B'* || 11 etiam *W.*: et in *codd.* || 13 nuntia *W.*: -at *codd.* || 14 et] ex *B'* || 17 nuntiet *LGVB'* || 18 cum] quod? || 20 quo *W.*: quod *codd.* || 23 cui *FB'S* | ne quid  $\beta V$  || 26 habeo *codd.* || 27 locutionem <inquit> *codd.* (ergo *bis* inquit) || 28 ni *F*, ne *rell.*

- 347 uirginem esse cognoscat. — **56** IPSA EST ILICET DESINE  
IAM CONCLAMATVM EST quotiens causa ab oratoribus fini-  
ebatur et a iudice sententia ferri habuerat, semper con-  
clamabatur 'ilicet', hoc est ire licet. signum ergo finis  
et cognitionis plenae istuc uerbum dicit 'desine, iam con-  
clamatum est', illud scilicet conclamatum est, quod 'ilicet'  
354 dicitur. — **63** DVVAS FRATRIS PARTES PRAEDICAS si enim  
eum riualet habet frater, cum ipse sit pauper. et bene  
huius comparatione lapsus est sermo ad id, quod necessa-  
rium fieri posset, ut ad consilium responderet seruus 10
- 355 **64** IMMO ENIM SI SCIAS QVOD DONVM HVIC DONO CONTRA  
COMPARET: indicat enim eunuchum mitti, ex quo consilium  
nascitur, ut ipse pro eunucho ad meretricem pergat. —
- 357 **66** INHONESTVM HOMINEM quod contra est, ut ipse dixit  
(*Andr. I 1, 95*), 'facies honesta ac liberalis'. — SENEM 15  
MVLIEREM singula sunt, ut aetatis indicium sit, quod 'senex'  
362 'mulier', quod sexus a mare uideatur alienus. — **71** OB-  
SECRE HERCLE PARMENO FAC VT POTIAR res redit ad  
preces: quam quidem se effecturum seruus pollicetur et  
fingit se discessurum, sed tenetur a domino et, dum lau-  
datur a domino fortuna eunuchi, quod ad eam iturus est  
domum, ubi uirgo pulcherrima est, sic subit ratio, ut ipse  
debeat pergere. quam rem prouidus seruus agnouit:
- 369 **78** QVID SI NVNC TVTE inquit FORTVNATVS FIAS an fieri  
possit. ut dixi supra, deliberatiuae praecepta percurrit: 25
- 370/71 a facultate **79** CAPIAS TV ILLIVS VESTEM . . . **80** PRO ILLO  
TE DVCAM . . . TE ILLVM ESSE DICAM; deinde ab utili
- 372 **81** TV ILLIS FRVERE COMMODIS QVIBVS TV ILLVM DICEBAS
- 374 MODO et reliqua; deinde an fieri possit **83** QVANDOQVIDEM  
ILLARVM NEQVE TE QVISQVAM NOVIT NEQVE SCIT QVI SIES 30

1 silicet *V*, scil- *rell*. || 4 silicet *V*<sup>1</sup>, scil- *B'SV*<sup>2</sup> | scire  
*B'SV*<sup>2</sup> || 5 cognationis *Gα* | uerbum <est, unde> dicit? || 8 sic *β* ||  
10 posset ut ad *G*, possit ad *rell*. || 16 indicium *Lindenbr.*:  
iud- *codd.* || 17 a mare *Sabbadini*: amare *codd.* || 20 laudan-  
tur *FB*, -dentur *GVS* || 21 fortuna *W.*: -nae *codd.* | ad *om. L* |  
est| sit *G* || 25 ut — deliberatiuae *W.*: ut dixit (-*xi FG*) pro-  
didit liberatiuae (*in mg. delib- F*) *codd.* || 29 <uel aut> an *α*

- PRAETEREA FORMA ATQVE AETAS IPSA EST FACILE VT PRO  
EVNVCHO PROBES. hoc quidem ioco dicebat seruus, sed  
rem inuentam pulchre cogit fieri adulescens, cumque diu  
repugnaret ad terrendum eum, periculum futurum esse,  
ne in domo meretricis tamquam adulter teneatur, hic ille  
381 per statum finitium. — **90** AT ENIM ISTAEC IN ME CVDE-  
TVR FABA ex prouerbio est, nam dicunt quendam auarum  
rusticum, cum fabam coxisset et cum socio inuaderet in  
eodem uasculo, partem sibi depoposcisse et aquam adiecisse 10  
parti suae, quae corrupta et alteram quoque corruptit: unde  
communis faba corrupta est et in eum, qui hoc fecerat, tota  
conuersa est. igitur prouerbiu[m] est, ut qui male fecit, in  
383 eum recidat quod fecit. — **92** QVAE NOS NOSTRAMQVE  
ADVLESCENTIAM HABENT DESPICATAM quasi insertam et ad 15  
se quadam diuisione pendentem, quale est illud (*Verg.*  
386 *Geo. I 292*) 'ferroque faces inspicat acuto'. — **95** AN POTIVS  
HAEC PATRI AEQVVM EST FIERI melius est, inquit, ut in  
domum meretriciam deducar et referam gratiam, quam  
389 patrem fallam. — **98** IVBEO COGO ATQVE IMPERO cum ne- 20  
390 cessitate sunt. — **99** NVMQVAM DEFVGIO AVCTORITATEM hoc  
est: obtemperabo, non auctoritatem tuam defugiam.

## III.

## 1.

- 391 **1** MAGNAS VERO AGERE GRATIAS THAIS MIHI haec  
scaena gloriosi militis tenet iactationem et exultantiam,

4 eam *LFB'V* | esse *G*, est *rell.* || 6 respondit *FG* || 9 <ut  
cum socio inuaderet> in eodem uasculo *post* depoposcisse(t) *codd.*,  
*corr. W.* || 10 depoposcisset . . . adiecisset *codd.*, *corr. Lindenbr.* ||  
13 est 2. *G*, *om. rell. (ras. in V)* | fecit] facit *LFα* || 14 quod  
*Lindenbr.*: qui *codd.* || 16 diuisio *LV<sup>1</sup>* | quale *S*, quod *rell.* ||  
17 facis *codd.* || 19 et (*post* referam) *add. SV<sup>2</sup>*, -que *B'*, *om.*  
*βV<sup>1</sup>* || 21 *NVMQVAM* — defugiam] haec erasa sunt in *LS*, at in  
*L liquido agnosci possunt* | defugiam *B'V<sup>2</sup>* | hoc — auctori-  
tatem *om. B'V* || 22 defugiam *codd.* || 24 et *F*, *om. rell.* | exultanti  
*V<sup>1</sup>*, -tationis *B'SV<sup>2</sup>*

- quae narratio bellissime agitur. primo cum nuntiatum  
 fuisset meretricem libenter missa dona sumpsisse, parum  
 credit, nisi iterum diceretur. ita interrogat 'magnas uero  
 392 gratias?' — **2** INGENTES hic persona colacis parasiti  
 custoditur, nam cum ille dixisset 'magnas', hic periculum <sup>5</sup>  
 adiecit 'ingentes'. ita et illud, cum ipse quaesisset AIN  
 TV LAETA EST, adiecit parasitus NON TAM IPSO QUIDEM  
 DONO QVAM QVOD ABS TE DATVM EST ID VERO SERIO TRIVM-  
 395 PHAT. — **5** EST ISTVC DATVM PROPECTO VT GRATA MIHI  
 SINT QVAE FACIO OMNIA haec oratio gloriosi est militis, <sup>10</sup>  
 hoc est nimiam sibi gloriam uindicantis, quippe cum di-  
 cat sibi fato uel quadam natura esse concessum, uti cuncta,  
 397 quae faciat, grata sint omnibus. — **7** VEL REX MIHI SEM-  
 PER GRATIAS MAXIMAS AGEBAT 'uel' et significat, ut (*Verg.*  
*Ecl. VIII 69*) 'carmina uel caelo possunt deducere lu-  
 nam'. et est sensus: et rex mihi maximas agebat gratias,  
 398 quodcumque feceram. — **8** ALIIS NON ITEM pulchre adiecit,  
 ne natura regis talis esse uideretur, ut maximas gratias  
 399 omnibus ageret. — **9** LABORE ALIENO MAGNAM PARTAM  
 GLORIAM VERBIS SAEPE IN SE TRANSMOVET QVI HABET SA- <sup>20</sup>  
 LEM QVOD IN TE EST sensus: ex alieno labore gloriam  
 praeparatam solo sermone in se transferre potest, qui-  
 cumque instructus est corde. hic 'quod in te est' quod  
 non ad salem transferimus — nam salem genere dici-  
 mus masculino —, sed illud totum 'quod in te est': ut <sup>25</sup>  
 transferre in te possis alieno labore gloriam praeparatam. —  
 406 **16** QVASI VBI ILLAM EXPVERET MISERIAM EX ANIMO ut  
 posset curam et sollicitudinem ex animo remouere. —  
 408 **18** IMMO SIC HOMO EST PERPAVCORVM HOMINVM hoc est:  
 talis est, inquit, ut cum paucis esse uelit. denique hoc <sup>30</sup>

1 bellissime *W.*: breu-*codd.*; lepid-*Schopen* || 3 ita] iterum  
*L* || 4 hic — 6 ingentes *om. L* || 6 AIN — EST] intuita est *L*, ain  
 tu inuita (*in mg.* uel laeta) est *F*, inuita est *VS* || 8 EST] esse  
*(om. QVOD) F* (= *Ter.*) || 12 fato *B*, facto *rell.* || 16 et *I.* hic est  
*inser. W.*, post gratias habent *codd.* || 17 quodcumque] quidquid *F* ||  
 feceram *om. L* || 19 agere *LV*<sup>1</sup> | labores *LSV* || 21 sensus <est>  
*F* || 22 solo — 26 praeparatam *om. L* || 27 expueret *B*, -rit *rell.*

- 409 intellexit et Parmeno, cum dixit **19** IMMO NVLLORVM ARBI-  
 411 TROR SI TECVM VIVIT. — **21** EGO NON FLOCCI PENDERE  
 413 contemnere et nullius momenti ducere. — **23** ELEPHANTIS  
 QVEM INDICIS PRAEFECERAT quem praeposuerat elephantis,  
 418 qui sunt ex India. — **28** QVID NI ESSET hoc est: dubium  
 419 non est, quin mutus existeret. — **29** MISERVVM HOMINEM  
 ET ILLVM SACRILEGVVM 'miserum' dixit militem, 'sacrilegum'  
 parasitum, †quia eius laudabat militem 'me hercule' (v. 26),  
 420 quod utique falso iuravit. — **30** QVO PACTO RHODIVM TETI-  
 GERIM IN CONVIVIO hoc est: quemadmodum per iocum male  
 424 tractauerim atque pulsauerim. — **34** COEPTIT AD ID LV-  
 426 DERE ad id scortum ludere. — **36** LEPVS TVTE ES ET  
 PVLPAVENTVM QVAERIS hic est sensus: cum tu ipse praeda  
 sis, praedam quaeris. quidam intelligunt 'lepus tute es',  
 quod natura leporis talis est, ut incerto sexu uiuat. iterum  
 432 est ergo hic quasi tactus adulescens. — **42** QVI ADERANT  
 EMORIRI comice tantum dicitur, nam emori facit. —  
 434 **44** SED HEVS TV PVRGON EGO ME DE ISTA THAIDI hic  
 quasi consilium petitur, an purget se miles apud Thaidem,  
 quod Thais credit militem iam uirginem amare, sicuti 20  
 etiam ipsa supra (I 2, 62—63) dixit 'sed ego quantum sus-  
 picor, ad uirginem animum adiecit'. dat autem consilium  
 parasitus, ut magis augeat suspicionem, et huius argu-  
 mentum profert, quod prosit, ut, si quando illa mentionem  
 Phaedriae fecerit, miles contra Pamphilam commutet et 25  
 sic inuicem iniuriae Thaidis parem gratiam ipse referat,  
 445 cum Pamphilam nominat. hoc enim dixit **55** PAR PARI  
 446 REFERTO QVOD EAM MORDEAT. — **56** SI QVIDEM ME AMA-  
 RET TVM ISTVC PRODESSET GNATHO bona quaestio, <an>

2 NON om. GB'SV<sup>2</sup> || 6 quin] quia F, qua VS, quo B' || 8 quia  
 eius] quia is Lindenbr., quia iurans Goetz; fort. qui acrius. An qui  
 nimis? cf. Don. | laudabit VS || 10 per iocum F, per eo cum La,  
 per cocum G || 13 quaeres LG<sup>1</sup>V<sup>1</sup> || 15 incerto B' (cf. Don.): incesto  
 rell. || 16 est F, et La, om. G || 17 nam emori] an memori LVS ||  
 18 purgone V<sup>1</sup>, purgen FGV<sup>2</sup> | istac α | thaide codd. || 19 si  
 miles L, se similes V, sese miles B'S || 23 et huius] et uaus L,  
 et uius V<sup>1</sup>, cuius G || 25 commutet L, nominat FG, -net α ||  
 26 ipse] se LF || 27 <pro> pari FB'V<sup>2</sup> || 29 an add. W.

contemni se doleat: 'non' inquit 'diligit'. huic respondet parasitus probans, quia diligit, ex his argumentis, quando illud, quod dat miles, meretrix expectet atque amet: 'ergo 452 utile est consilium, quod tibi dedi'. — 62 RIDICVLVM NON ENIM COGITARAS parasitus, tametsi bonum consilium in- 5 nenerit, tamen, quoniam colax est, dicit ipsum militem, si cogitasset, melius inuenire potuisse.

## 2.

454 1 AVDIRE VOCEM VISA SVM MODO MILITIS haec scaena oblationem munerum tenet, quippe Parmeno oblaturus <est> Aethiopissam et eunuchum, quos ut oportet secun- 10 dum domini praeceptum laudabit. igitur demonstratium genus causae <est>, ubi laus erit; sed quoniam praesens est miles et eius parasitus, erit et uituperatio. quae omnia ex oratoriae artis partibus tractabuntur, quippe cum omnis laus uel uituperatio hominis dumtaxat diuidatur ex 15 animi bonis uel malis. haec omnia exequemur suo loco. ac primum miles meretricem conuenit et ab ea petit, ut dicat quemadmodum dona susceperit. — AVDIRE VOCEM VISA SVM MODO MILITIS pulchre factum, ut meretrix intus posita uocem militis audire se dixerit: est enim consuetudo ho- 20 minum, ut ob recens munus omnia officia et obsequia praebeant; ut superba illa meretrix in amatores suos,

1 doleat *SV*<sup>2</sup>, dolet *FB'*, <ne> dolâet *G*, <nc> dol& *V*<sup>1</sup>, <ne> uell& *L* | huic *W*.: hic *codd.* || 3 spectat (-ant) *V*, speret (*post* atque *add.* ex) *L* | amat (*om.* *L*) *codd.* || 4 ridicule *α*, *om.* *L* || 5 cogitauit *LFVS* | tuam (*om.* *G*) etsi β || 6 est (*es V*) dicit] adit *L* || 7 cogitasset *S*, -taret *rell.* || 8 modo ante uocem *L*, ante uisa *rell.* || 9 oblationem *W*. (*cf. infra*): subl- *codd.* || 10 est *add.* *Schopen* || 11 laudabit *Schopen*: -uit *codd.* | demonstrat eum (eum ante dem- *B'*, *om.* *F*) genus *LFVB'* || 12 est *add.* *W*. || 15 homines *Lα* || 16 animi *Lindenbr.*: -mis (-os *B'*) *codd.* | exequemur *B'*, -quentur *LS*, -quamur *FGV* || 21 munus] mixtiss *p L* || 22 praebeant ut *W*.: praebeamus (-ant *G*) *codd.* | <et> in *LFα*



quae et Phaedriam paulo ante excluserat domo uenientem,  
 nunc post munus acceptum egreditur et audisse se uocem  
 457 militis dicit. — 4 <FIDICINA quae> fidibus scit, hoc est  
 458 citharam nouit. — 5 PLVRIMVM MERITO TVO astuta mere-  
 trix, ne muneris gratia dixisset se amare militem, respon- 5  
 460 dit 'amo te, sed merito tuo'. — 7 VBIVIS NON MOROR  
 462 'non moror' non impedimento sum. — 9 ITVRAN THAIS  
 QVOPIAM ES interrogat Parmeno, an aliquo itura sit. —  
 465 12 QUID STAMVS CVR NON IMVS HINC miles, posteaquam  
 riuialis seruus uidetur offerre dona, properat, ut discedat 10  
 466 meretrix, ne cogatur accipere. — 13 QVAESO HERCLE VT  
 LICEAT PACE QVOD FIAT TVA bene tamquam cum milite  
 468 'pace' inquit 'quod fiat tua'. — 15 PERPVLCHRA inquit  
 CREDO DONA AVT NOSTRI SIMILIA uituperationis exordium  
 sumitur, generale tamen, scilicet a corporeis bonis uel ma- 15  
 lis: quippe sua dona per comparatiuam qualitatem a bonis  
 corporis collaudauit, hoc scilicet donis detrahens riuialis  
 471 sui. — 18 EX AETHIOPIA EST VSQVE HAEC hic, quoniam  
 supra aduersarius dixerat 'perpulchra dona aut nostri  
 similia', quam Aegyptus produxerat, a corporis bonis 20  
 laudare non potuit: laudauit extrinsecus, quae sunt ex  
 loco et ceteris partibus, ut ex longinquitate regionis  
 gratiam muneri praepararet. — HIC SVNT TRES MINAE  
 hic uituperatio rursus extrinsecus facta est ab opinione,  
 ab existimatione, a pretii qualitate, ubi totum callide 25  
 a Parmenone factum, uti primum ea, quae in corpore  
 non placebat, promeretur, post eunuchus, qui utique erat  
 pulcherrimus, quia adulescens Chaerea. hic omnis laus  
 472 a corpore est, quod dixit 19 <EM> EVNVCHVM TIBI QVAM

2 se om.  $\alpha$  || 3 FIDICINA quae add. Lindenbr. || 4 astuta]  
 multata L || 10 auferre  $\alpha$ , afferre G || 11 <ea> accipere S ||  
 14 haut FG, haud BS | nostris FGS || 15 scilicet W.: sed  
 (et S) codd. || 16 ab bonis (in mg. donis) F, ab donis rell. ||  
 17 corporeis G | laudauit F || 18 suis L  $\alpha$  || 19 haud FB'S |  
 nostris FG  $\alpha$  || 21 <itaque> laudauit? || 25 totum <domum  
 (donum FG  $\alpha$ )> codd. || 27 <primo> promitteretur codd., corr.  
 W. || 28 quia S, qui rell. || 29 est F, om. rell.

LIBERALI FACIE QVAM AETATE INTEGRÁ. haec quidem aetas naturalis est et eunucho, siquidem mature datur. sed haec  
 474 omnia personae sunt attributa. — **21** QVID TV AIS GNATHO  
 NVM QVID HABES QVOD CONTEMNAS hic insultat Parmeno,  
 quoniam pulcherrimum donum a meretrice iam probatum 5  
 est, et concludit ex eo, quod non audeant uituperare et  
 conticescant potius quam satis laudent. adiecit ab animi  
 476 bonis laudem: **23** FAC PERICVLVM inquit IN LITTERIS FAC  
 IN PALAESTRA IN MVSICIS QVAE LIBERVM SCIRE AEQVVM EST  
 ADVLESCENTEM. artes et disciplinas animi bona nos tradi- 10  
 mus, et liberos adulescentes aequum est ista cognoscere.  
 sunt autem litterae, palaestra, musica et praecipua duo,  
 palaestra et musica, quae alia corporis, alia animi scientia  
 est, de quibus et Plato de republica (*cf. II 17*) loquitur dicit-  
 que omnes ciues in adulescentia etiam his artibus operam 15  
 debere tradere, ut omni genere adulescenti robur ad uirtutis  
 indolem suscitetur. et hoc igitur contra militem est: nam  
 his rebus dicit Plato milites et uiros fortes posse existere  
 meliores; unde Achilles ab Homero (*cf. Il. IX 186 sq.*)  
 inducitur <ut> uir fortissimus, sic arte doctissimus, et re- 20  
 liqui, qui in palaestra plurimum ualent. ideirco adiecit  
 478 'quae liberum scire aequum est adulescentem.' — **25** SOL-  
 479 LERTEM DABO peritissimum exhibebo. — **26** EGO ILLVM  
 EVNVCHVM SI SIT OPVS VEL SOBRIVS pulcherrimum eunu-  
 chum quoniam negare non potest miles, detractionem 25  
 repperit, quod in eunucho ad turpitudinem libidinis pul-  
 chritudo uerti potest. et quoniam 'sine Cerere et Libero  
 friget Venus' (*IV 5, 6*), dixit etiam 'hunc sobrium eu-

2 eunucho — mature *W.*: eunuchus equidem (quid- *FG*)  
 naturae *codd.* || 4 exultat *S* || 6 audeant *Zeune*: -at *codd.* || 7 con-  
 ticescant *Lindenbr.*: -at *codd.* | laudet *FG* || 12 et] haec *V<sup>2</sup>B'*,  
*om. FGS* | praecipua duo <praecipua> *LGV<sup>2</sup>S* || 13 et *W.*: uel  
*codd.* | alia 2.] sunt *G* | scientia est *W.*: -tiae *codd.* || 15 etiam  
*W.*: & in *LV<sup>1</sup>*, et in *rell.* || 16 debere] de rebere *S*, de robore  
*LFB<sup>2</sup>V*, (operan-)do rōbori se (tradere) debetur *G* | omni genere  
*W.*: omnia (-ni *G*) onerē (onē *F*, honore *GB<sup>2</sup>V*, more *S*) *codd.*;  
 omni opere *Schoell.* | adulescentie *G* || 20 ut (*pro uir*) *Schopen* ||  
 24 si — SOBRIVS *om. FB<sup>2</sup>SV<sup>2</sup>* || 28 hunc etiam *FG α* | sobrius *S*

- nuchum, si opus sit —: intelligitur autem quid consequatur. — **27** ATQVE HAEC QVI MISIT NON SIBI SOLI POSTVLAT TE VIVERE MEMOR EST MANDATORUM, nam quoniam dominus dixerat (*II* 1, 8) 'munus nostrum ornato uerbis, quod poteris', hoc supra factum est, et quoniam adiecerat dominus 'et istum aemulum, quod poteris, ab ea pellito', nunc hoc exequitur, cum dicit 'dominus meus neque
- 487** pugnas narrat neque cicatrices ostentat suas'. — **34** NAM HERCLE NEMO POSSET SAT SCIO SI HABERET ALIVM HVNC PERPETI istum enim seruuum, quod malus sit, nemo posset, 10 inquit, perpeti, si haberet tantum, unde alium compararet, ut ostendatur dominus pauper. haec propter malitiam, quia
- 497** neque nudare se posset, ut alius compararetur. — **44** ISTVC QVOD DIXTI MODO ET ILLVD DE RHODIO DICTVM CVM IN MENTEM VENIT colax parasitus suum ubique implet officium: 15 nam cum leuiter locutus miles fuisset, qui dixerat (*v.* 43) 'domini similis es', continuo risus sibi commouit et dixit ex ioco nunc dicto et commemoratione illius dicti, quo Rhodium adulescentulum miles se <tetigisse> dixerat, sese
- 501** ridere coepisse. — **48** SI FORTE CHREMES HVC ADVENERIT 20 FAC VT ORES PRIMVM VT MANEAT hic est Chremes frater puellae, quae a milite Thaidi donata est; hunc fratrem esse eiusdem et meretrix suspicatur. hanc <ob> causam mandat ancillae, ut, si uenerit, maneat, et uide quemadmodum mandat! tria praecepta sunt, quae scilicet secundum gradum petitionis ad minora descendunt: primo enim quod maius est petimus — hoc dixit 'ut maneat' —, deinde
- 502** quod minus est, ut dixit **49** SI ID NON COMMODVM

1 quod *codd.* || 2 qvi] que *FG* || 4 quo *G* || 5 poterit *LV*<sup>1</sup> || 6 quo *G* || 7 nunc] non *LS* || 9 hvnc] non *LVS* || 11 tantum *S*, tamen (*om. G*) *rell.* || 12 quia *Schoell*: qui *codd.* || 16 dixerat <parmenoni> *FB* || 17 commouit et *W.*: -uit *G*, -net *rell.* || 18 ex] et *LPV*, *om. G* | <ex> commemoratione *VS* | quo *W.*: quod *codd.* || 19 tetigisse *add. Schoell* || 20 ridere *F*, uid-*rell.* || 23 meretrix *G*, -tricus *rell.* | ob *add. Zeune* || 25 secundum *FB*, -do *rell.* | gradum *B'*, -du *rell.* || 28 id non *om. LGVS*

EST VT REDEAT, tertio quod uult ac desiderat ex necessitate 503 **50** SI ID NON POTERIT AD ME DEDVCITO: quae tria 504 seruabit ancilla. — **51** QUID QUID ALIVD VOLVI DICERE expressit morem domo proficiscentis, ut in properatione mandare aliquid cupiamus et in obliuionem ueniat ac 5 post memoria repetatur.

## 3.

507 **1** PROPECTO QVANTO MAGIS MAGISQVE COGITO NIMIRVM DABIT HAEC THAIS MIHI MAGNVN MALVM haec scaena suspicionem habet adulescentis, quod sibi meretrix insidias praepararet, quo facilius se ad amorem posset adducere: unde sic ad coniecturam argumenta sumuntur. ac primo ipsa summa est 'profecto quanto magis magisque cogito, nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum'. deinde incipiunt argumenta: a dictis 'quod me accersiri iussit', deinde <a> factis 'quod cum uenissem, causam ut ibi manerem reperit', rursus a dictis 'quod ait rem diuinam fecisse se et rem seriam uelle mecum agere', a factis 'quod ipsa accumbere mecum, mihi sese dare, sermonem quaerere', deinde a dictis 'quod quaesiuit, quam pridem mihi mater et pater mortui essent, quod quaesiuit rus Sunii eequod 20 <habeam> \*\*\*, a factis 'quod' nunc misit ut ueniam'. haec a summo ad imum argumenta dicuntur, quorum quidem causae denudatio manifesta est: nam haec omnia fecit meretrix, non ut adulescentem in amorem posset inducere, sed uti de puella quod quaerit agnoscat. haec 25

1 ac desiderat *B'*, ac dederat (ac \*\*\* *S*, addiderat *F*) *rell.* || 4 proficiscentis *W.*: -ns *codd.*; -tium *Lindenbr.* || 6 memoriã *L G* || 14 a 1. *B'*, om. *rell.* | quo *L a* | a 2. *add. Lindenbr.* || 17 mecum agere *G*, intellegere uel agere *L*, agere *rell.* || 18 daret *LVS* | <quod> sermonem *LGV<sup>1</sup>* | quaereret *LV<sup>1</sup>* || 20 rusuni *LV<sup>1</sup>* | et quod *codd.* || 21 habeam — quod *add. W.*; fort. *plura exciderunt* || 23 denudatio] an deriuatio? cf. *infra* || 24 ut om. *LVS* | possit *Lindenbr.*

- omnia ex deriuatione causae explicabimus singula. namque quaesiuit 'rus Sunii equod habeam', quia supra (I 2, 35) in narratione dictum est abreptam puellam e Sunio; quaesitum est 'quam longe a mari' propterea, quia puella a praedonibus rapta est. deinde reliqua quae 5 consecuntur aperte hanc indicant causam, de puella scilicet, quod adiecit 'equa inde parua perisset soror, equis
- 511 cum ea una, equid habuisset, cum periit'. — 5 ROGET QVIS QUID TIBI CVM ILLA si me aliquis interroget, quid mihi cum meretrice sit, respondeam NE NORAM QUIDEM. — 10
- 513 7 REM DIVINAM FECISSE hoc est sacrificium fecisse. — REM SERIAM VELLE AGERE MECVM rem necessariam et
- 517 grauem mecum loqui. — 11 VBI FRIGET ubi oratio deficit et quid agat non habet. — HVC EVASIT eo usque conscendit et exiuit, ut (Verg. Aen. II 458) 'euado <ad> 15
- 525 summi fastigia culminis'. — 19 EAM SESE INTENDIT ESSE VT EST FALLACIA hanc sese mihi obicit et intendit et probare cupit, ut est audacia. — 20 VERVM EA SI VIVIT ANNOS NATV EST SEDECIM NON MAIOR THAIS QVAM EGO SVM MAIVSCVLA EST certos adulescens dixit annos 20 sororis suae, quod et nuper (II 3, 27) adulescens †Phaedriae indicauerat, cum dixit 'anni sedecim' et ita, ut nos diximus, optimus sensus est, quod annos nata sedecim sit, non maior, post inferatur 'Thais quam ego sum
- 531 maiuscula est'. — 25 O CAPITVLVM LEPIDISSIMVM impetratura primum praebet obsequium, deinde mandata exequitur tria illa, quae supra dixi: nam primum 26 THAIS MAXIMO TE ORABAT MODO CRAS REDIRES; at cum hoc nollet,

2 rusuni LV<sup>1</sup> || 3 abripiam LVS || 4 est om. FG | quia] quod S || 5 puellā (om. a) LV | praedonis LFV || 7 et quis GVS || 8 et quid (quod GVS) codd.; quid Ter. || 9 quis<quis> LFVS | simile . . . quis L, simile si aliquis Fα, me si aliquis G || 12 MECVM] & cum LFVS, & G, hoc est B' || 13 VBI G, om. rell. | frigeret LV, fingeret FS || 17 FALLACIA] audacia Ter. || 18 EA om. α || 19 natū LV, -ta rell. || 21 Phaedriae] immo Parmenoni || 22 indicauerit F(L?)V<sup>1</sup> | annis L | sedecim <sunt> α || 27 dixi F, -it rell. || 28 modo] opere Ter. | <ut> cras B'SV<sup>2</sup> (= Ter.)

534 offert aliud 28 AT TV APVD NOS HIC MANE, quo utique  
536 bene ordinem <in>uertit; post infert 30 SI ISTVC SATIS  
CERTVM EST TIBI AMABO VT ILLVC TRANSEAS VBI ILLA EST.

## 4.

- 539 1 HERI ALIQVOT ADVLESCENTES COIMVS IN PIRAEO hic  
adulescens unus ex illis est, qui in Piraeo conuiuium sibi 5  
praeparauerunt, cui praeparando praepositus est Chaerea,  
qui in amorem pro eunucho nunc suppositus ad meretricis  
domum deductus est. quaerit igitur hic adulescens con-  
540 uiui praepositum. — 2 DE SYMBOLIS VT ESSEMVVS de  
collationibus ut ederemus, hoc est cibos sumeremus. — 10  
543/45 5 AVT QVID CONIECTEM aut quid suspicer. — 7 QVIS-  
NAM HIC EST quoniam supra (II 3, 68) dixerat Chaerea  
'nesciui nobis Thaidem uicinam', pergens e uicino, hoc  
est e domo meretricis, exeuntem Chaeram uidet habitu  
eunuchi. idcirco dicit 'quisnam hic est?' 15

## 5.

- 549 1 NVM QVIS HIC EST NEMO EST NVM QVIS HINC ME  
SEQVITVR NEMO HOMO EST haec scaena allocutionem tenet  
exultantis et gaudentis et laetantis, quam breui tempore  
amoris compleuerit uoluptatem. — NVM QVIS HIC EST ita  
inquirere uidetur adulescens, non tamquam metuat, ne 20  
aliquis superueniat, sed gaudium ut possit euadere, quam

1 offerre (-& B') L $\alpha$  | quo W.: quod *codd.* || 2 inuertit  
W. coll. v. III 2, 49 et 50 || 4 adulescentuli Ter. || 6 praeparauit  
*codd.*, corr. Lindenbr. | est F, om. *rell.* | chereas *codd.* praeter G ||  
8 est om. LV<sup>1</sup> || 9 symbolis *codd.* || 10 dederemus LVS ||  
11 AVT] at *codd.* | quod G, qui *rell.* | coniectura ut L $\alpha$  | suspi-  
cet G, -ces  $\alpha$  || 12 HIC EST] hinc a Thaide exit Ter. || 13 e] ei  
LV || 14 est e domo] esse homo L $\alpha$ , est domo G | uidet Lin-  
denbr.: -deat L $\alpha$ , -dit FG | <in> habitu B'SV<sup>2</sup> || 15 dicat L $\alpha$  ||  
16 HIC] hinc LV<sup>1</sup> || 18 laetantis et gaudentis FG $\alpha$  | quam]  
quod in B' || 21 sed gaudium W.: aut *codd.* | posse LV<sup>1</sup>,  
-et B'SV<sup>2</sup>

- 550 rem consequenti uersu significat, quippe cum dicit **2** IAMNE ERVMPERE HOC LICET MIHI GAVDIVM. sed quod sequitur, repugnat 'sed neminem hic curiosum interuenire nunc mihi, qui me sequatur quoquo eam, rogitando <obtundat>'.  
 551 — **3** NVNC EST PROPECTO INTERFICI CVM PERPETI ME POSSVM modo est, inquit, omne tempus, cum pati me possum necari, ideo scilicet, ne gaudium meum aliqua turpitudine uita  
 553 contaminet. — **5** SED NEMINEMNE CVRIOSVM INTERVENIRE NVNC MIHI ad aetatem adolescentiae et animos eorum, qui in re ueneria amoris sui effectum continuerint, pertinet hoc, quod uolunt indicare semper: nam integrum et honestum gaudium magis silentio crescit, ut hoc apud Terentium est (*Hec. I 2, 32*) 'sed ut tacita mecum gaudeam', apud Virgilium (*Aen. I 502*) 'Latonae facitum pertempant gaudia pectus'. — **10** CHAEREA QUID EST QVOD SIC GESTIS ea omnia, quae adolescentem uelle cognouerat, <cum> interrogata essent, tamquam non cito respondentem  
 559 rursus <interrogauit> **11** QUID ME ASPECTAS QUID TACES.  
 560 — **12** O FESTVS DIES HOMINIS AMICE SALVE quid est  
 562 'festus dies hominis'? — **14** IMMO TE OBSECREO HERCLE VT ME AVDIAS expressit morem laetantium, ut dixi, et maxime eorum, qui rem ueneriam compleuerunt: ipsi enim  
 563 magis cupiunt indicare. — **15** NOSTIN HANC QVAM AMAT FRATER hinc est narratio, cuius exordium a meretrice cepit: uirginem ei missam dono dicit, simul et laudat et de amore confitetur; indicat et quod frater meretrici dare praeparasset eunuchum, quod <de> consilio serui ipse pro eunucho ad meretricem deductus sit. et ne stultum ui-

1 dixit *L* || 3 hic] Ihic (!) *L* || 4 quoque eam *LV*<sup>1</sup>, queque iam *G*, quique (quippe *S*) iam *FB'SV*<sup>2</sup> | recogitando *LV*<sup>1</sup> | obtundat *add. Lindenbr.* || 5 *NVNC*] non *LVS* || 8 -*NE*] nec *F*, hic *B'SV*<sup>2</sup>, *om. G* || 10 sui effectum] siue affectum  $\alpha$  | contenerint *G*, (*ex corr.*) *B'*, -rit *rell.*; obt-? || 17 cum interrogata essent *W.*: interrogata (-tus *G*) est (*om. F*) et  $\beta V$ <sup>1</sup>, -ta sunt et *B'SV*<sup>2</sup> || 18 interrogauit *add. W.*; ait *suppl. G* || 19 salue <amice> *LF* $\alpha$  || 21 dixi et *W.*: dixi *FS*, -it *rell.* || 24 cuius *W.*: cum *codd.* || 26 et *om. L* || 27 de *add. W.* | consilio *F*, -um *rell.* | serui <sui> *G* | <quia> ipse *co. ld. praeter B'*

- 574 deretur, adiecit causas, quas et supra posuerat: ut **26** VIDEREM inquit AVDIREM ESSEM VNA CVM QVA CVPIEBAM ANTIPOHO. deinde inter alia persequitur, quemadmodum
- 577 ad effectum suae cupiditatis uoluerit peruenire [**29** SATIS
- 581 TVTO TAMEN ironicos dictum.] **33** ABDVCIT SECVM <sup>5</sup> ANCILLAS: quod ipsa meretrix descenderit ad cenam, quod paucae circa uirginem remaneant eandem 'noui-  
ciae puellae', ita ut et morem propter nouitatem nesciant et propter aetatem nihil ualeant suspicari. —
- 583 **35** VIRGO IN CONCLAVI SEDET conclaue dicimus locum, <sup>10</sup>
- 584 quem † multa patefaciunt. — **36** IOVEM QVO PACTO DANA-  
AE MISISSE AIUNT QVONDAM IN GREMIUM IMBREM AVREVM  
haec pictura, inquit, erat in tabula, quomodo Iuppiter
- 586 Danaae imbrem aureum misisset in gremium. — **38** ET QVIA  
CONSIMILEM LVSERAT IAM IPSE OLIM LVDVM quia, inquit, <sup>15</sup>  
Iuppiter et ipse propter amoris flammam conuersus in  
imbrem aureum sese commutarat ad fraudem et similiter  
lusum luserat, ut ego, qui pro eunucho ad uirginem ue-  
neram. — **39** IMPENDIO MAGIS ANIMVS GAUDEBAT MIHI
- 587 amplius ex hac re, quod Iuppiter fecerat, mihi gaudebat <sup>20</sup>
- 588 animus. — **40** DEVM SESE IN HOMINEM CONVERTISSE utique  
intelligimus Iouem uenisse humana figura, deinde per im-  
pluuium per alienas tegulas clanculum descendisse. —
- 589 **41** FVCVM FACTVM MVLERI fraudem scilicet: sunt enim
- 592 cum fraude ea, quae fucō uidentur infecta. — **44** DVM <sup>25</sup>
- 593 HAEC REPVTO MECVM de Iouis facto cogito. — **45** IIT LAVIT  
REDIT apta narrationi oratio est, ubi facta multa breui-  
ter explicantur, sicuti ipse in Phormione (*I* 2, 53 sq.). —

3 ANTIPOHO deinde] ante se ideō die *Lα*, ante sed ydonee  
*F* | alia *G*, aliqua *rell.* || 4 affectum *FGα* | uoluerit] potuerit? |  
SATIS — dictum *secl. W.*, cf. *Schlee ad h. l.* || 5 ironicos] inamicos  
*codd.* | adducit *LGBV* || 6 descenderit *Zeune*: -dit *codd.* || 7 ea-  
dem *LV*, eadem *S* || 10 conclaue] in conclauī *βV* || 11 quem]  
ciuem *LV*, ubi ciues *B'* | multa (-ti *G*)] cf. *Fest. P.* 38, 9?  
*Thes. gl. s. v.?* | dane (dianae *SV<sup>2</sup>*) *codd.* || 14 misisset *G*, misit  
sed *rell.* || 15 ipse] ille *Ter.* || 18 qui *B'*, om. *rell.* || 22 <in> hu-  
mana *FB'* || 24 <ut> sunt *codd.* || 26 IIT] IN *LV<sup>1</sup>*, It *B'*, Et *G* ||  
27 <oratione> oratio (putatio *L*) est *Lα* || 28 in phormione



- 598 **50** FLABELLVM TENERE TE ASINVM TANTVM uehementer, inquit, uellem te uidere tantum asinum flabellum tenentem; uidere ergo uellem 'quis esset status' hoc est quae forma, qui habitus in te erat, cum flabellum tantus asinus contineres. hic turpiter quidam legunt potius <'tentum'> quam 'tantum', ut sit 'asinum tentum': quod in scaena esse dictum ob indignitatem Terentianae 5
- 599 comoediae minime conueniebat. — **51** SIMVL OMNES PRO-
- 601 RVVNT SE se foras simul proferunt. — **53** EGO LIMIS SPECTO quidam intelligunt 'limis' obliquus, quod ipsum limen, 10 cum ambulamus, itineri nostro obliquum est; alii intelligunt 'limis' oculis paululum tortis; alii intelligunt 'limis' coniunctis ad flabellum, ut Plautus (*Poen. I 2, 79*) dixit 'numquam cum ea limaui caput', quod est coniunxi. — **55** PES-
- 606 SVLVM OSTIO OBDO <hoc> est obduco. — **58** TVM POL EGO 15 IS ESSEM VERE QVI SIMVLABAR si enim occasionem istam praetermitterem, uere eunuchus essem, quem me esse fingebam. post adulescens hortatur, ut pergat propter id, quod sibi mandatum est, deinde ut uestem mutet. et hanc mutationem in domo patris metuit uel propter fratrem uel propter ipsum patrem: exigit, ut ad amici domum pergat, illic mutet, illic consilium capiat, rursus ad meretricem quemadmodum reuertatur.

## IV.

## 1.

- 615 **I** ITA ME DI AMENT QVANTVM EGO IPSVM VIDI NON NIHIL TIMEO haec scaena ancillae allocutionem tenet, quae coniecturali statu argumenta colligit militem cum mere- 25

<quaedam breuiter explicat> *B'SV*<sup>2</sup> || 6 tentum *add. Lindenbr.* | tantum ut *om. L* || 7 esse *Lindenbr.*: est *codd.* | ab indignitate *codd., corr. Lindenbr.* || 10 obliquis *B'S* || 14 caput quod *W.*: atque (adque *VS*) *codd.* || 15 hoc est *W.*: et (id est *B'*) *codd.* || 21 exiit *L α* || 24 IPSVM] illum *Ter.* || 25 TIMEO] uideo *LV*<sup>1</sup> | allocutionem *S, eloc- rell.*

- trice litem parare. ita prior propositio est summae, quod timere se dicit, ne ipse insanus hodie turbas faciat cum
- 617 **Thaide.** deinde incipit narratio **3** NAM POSTQVAM ISTE ADVENTIT CHREMES ADVLESCENS FRATER VIRGINIS. deinde in narratione argumenta quaedam praeiaciuntur, quae
- 618 ueniant ad quaestionem. ideo adiecit **4** CONTINVO IRASCI.
- 620 deinde expurgat et Thaidem: **6** ID FACIEBAT INQUIT RETINENDI ILLIVS CAUSA QVIA ILLA QVAE CVPIEBAT DE SORORE EIVS INDICARE AD EAM REM TEMPVS NON ERAT. deinde
- 623 concludit quaestionem **9** MILES VERO PVTARE SIBI ADDVC-10 TVM ANTE OCYLOS AEMVLVM. et quoniam in coniectura facta uel dicta sunt, ex quibus suspicio colligitur, facta sic
- 624 ponit **10** VOLVIT FACERE CONTRA HVIC AEGRE, deinde dicta HEVS INQVIT PVER PAMPHILAM ACCERSE VT DELECTET HIC NOS. memor est miles praeceptorum parasiti, cui cum
- 15 dixisset (*III 1, 44—45*) ‘purgon me de istac Thaidi, quod eam me amare suspicatur?’, respondit militi (*III 1, 46; 53—54*) ‘immo auge magis suspicionem: si laudabit haec illius formam, tu huius contra’. concluditur, quod negat
- 626 meretrix, ipse perseuerat: **12** INDE AD IVRGIVM INQUIT, 20 hoc est ad litem.

## 2.

- 629 **1** DVM RVS EO COEPI EGOMET MECVM INTER VIAS haec scaena conquestionem habet adulescentis, quod nimio amore multa officia non integra mente compleuerit. —
- 635 **7** AD IPSVM VENI DEVERTICVLVM ad ipsum locum, ex quo 25
- 640 ad uillam deuerteret. — **12** CERTE EXTREMA LINEA AMA-

1 praepositio (-sita *F*)  $\beta V$  | summae *W.*: -a *codd.* || 7 expurgat] et purgat *L*, purgat *FG* || 9 deinde *post* quaestionem *codd.* || 12 sic] sit *LGVS* || 13 FACERE CONTRA *om.* *LVS* | dicta] dicit *LG*  $\alpha$ , dicta ponit dum dicit *F* (*recte?*) || 14 <pamphile> pamphilam *LB'V* || 15 memor — 19 contra *post* 21 litem (*ante* memor *repet.* PAMPHILAM — NOS) *codd.*, *transp.* *Lindenbr.* || 16 purgen *FG* | medies *sta* & *LV* | thaide *FG* || 17 respondet *L*  $\alpha$  || 25 deuerticulum *LV*<sup>1</sup>, *diu-rell.* | lacum *LV* | quo <diuerti> *codd.* || 26 diuerteret *codd.*

RE quinque lineae esse dicuntur: uidere, accedere, conloqui, osculari, concumbere. ueluti enim postremam diximus rem atque usum, prior fit postrema illa quam nos collocauimus, uidere scilicet. ergo ita conclusit 'si non tangendi est copia, ne uidendi quidem erit'.

5

## 3.

643 **1** VBI EGO ILLVM SCELEROSVM MISERA ATQVE IMPIVM INVENIAM haec scaena controuersiam tenet talem: munera meretrici amator misit, in his eunuchum, qui commendatam uirginem scissa ueste laniauit: fugit. reus est iniuriarum qui dona misit. hic primo qualitas, deinde coniectura, an hoc animo miserit, ut iniuriam faceret. rursus alia coniectura, an eunuchus uitiauerit uirginem uel uitiare poterit. haec per uersus suos plenius explicabimus.

644 Primo propositio fit summae per conquestionem: **2** HOCINE inquit TAM AVDAX<sup>8</sup> FACINVS FACERE ESSE AVSYM. 15

645 deinde quasi testimonii genus adiecit **3** QVIN ETIAM INSVPER SCELVS POSTQVAM LVDFICATVS EST VIRGINEM VESTEM OMNEM MISERAE DISCIDIT. 'Iudificatus est' per ludum et iocum in-

648 lusit et irrisit. — **6** VT EGO VNGVIBVS FACILE ILLI IN OCVLOS INVOLEM in eius oculos unguibus meis inuolem. — 20

649 **7** VENEFICO scelerato et malo. — NESCIO QVID PROPECTO ABSENTE NOBIS TVRBATVM EST DOMI hoc est me absente. —

651 **9** EHEM PHAEDRIA hinc incipit accusatio CVM DONIS TVIS

653 LEPIDIS. deinde narratio, simul et propositio **11** EVNVCHVM QVEM DEDISTI NOBIS QVAS TVRBAS DEDIT VIRGINEM QVAM ERAE MILES DONO DEDERAT VITIAUIT. 'quas turbas dedit'

655 hoc est: quantas seditiones fecit. deinde negatio: **13** TE-

1 dicuntur <amoris> *B'SV*<sup>2</sup> | accedere] apprehendere *Schoell coll. Don. et Porph. ad Hor. c. I 13, 15* (tactus, cf. *Eugr.* tangendi) || 2 enim *Lindenbr.*: ñ *codd.* || 3 fit *Lindenbr.*: sit *codd.* || 4 uideret *LV*<sup>1</sup> || 5 nec *B'SV*<sup>2</sup> || 8 amor *LV*<sup>2</sup> || 12 uitiauerat *LV* || 13 suos] uos *LFV*<sup>1</sup> || 16 adiecit *FG* || 22 hoc est *W.*: est *L.*, id est *F.*, om. *rell.* || 23 hic *FGV*<sup>1</sup> || 24 <tamen in> lepidis *FG*, <in> lepidis *B'* | deinde narratio ante 23 *cvm* inser. *Lindenbr.* | simul et propositio post *DEDIT* *codd.*, *transp. Lindenbr.*

- 657 MVLENTA ES inquit, quae istuc obicis. adiungit **15** INSANIS QVI ISTVC FACERE POTVIT EVNVCHVS. hic iam quaestiones sunt, et argumentum a defensore, an veri simile sit eunuchum adulterium facere potuisse: sumpsit ergo argumentum a persona. sed contra argumentum <a> persona <sup>5</sup> accusator argumentum sumpsit a factis, ut non a persona factum existimetur, sed a facto persona. denique sic subiungit EGO ILLVM NESICIO QVI FVIT HOC QVOD FECIT RES IPSA INDICAT. deinde supponit a summo ad inum
- 659 **17** VIRGO IPSA LACRIMAT NEQVE CVM ROGITES QVID SIT <sup>10</sup>
- 660 AVDET DICERE, deinde a testimonio **18** ILLE AVTEM BONVS
- 663 VIR NVSQVAM APPARET. — **21** VISE AMABO <NVM SIT uise>, si domi est. 'amabo' interponitur comica dictione. 'num' <sup>10</sup>
- 664 ne hic significat. — **22** PERII OBSECO TAM INFANDVM FACINVS MEA TV NE AVDIVI QVIDEM HOC EST: tam infandum <sup>15</sup> facinus non solum gestum non uidi, sed ne audiui quidem.
- 665 — **23** AT POL EGO AMATORES AVDIERAM MVLIERV M ESSE EOS MAXIME hic non credit uirginem esse uitiatam, esse eunuchum incitatum ad uitiandam uirginem, ut ea uellet facere, quae non posset implere. ideo ait 'eunuchos <sup>20</sup> audieram maximos esse amatores, tametsi nihil possent'.

## 4.

- 668 **1** EXI FORAS SCELESTE haec scaena adhuc superioris controuersiae uim tenet: quippe hoc confirmauit, quod uitiata uirgo est, quod utique diximus esse coniecturae, ut ex hoc concluderet, quod Phaedria iniuriam amicae fecerit, <sup>25</sup>

1 quae istuc] q̄stuto LSV | obices LVS, obicies G ||  
 3 a defensore — 4 sumpsit argumentum om. GV<sup>1</sup> || 4 argumen-  
 tum ergo codd. || 5 a persona W.: persona G, -nae rell. || 6 ac-  
 cusator W.: -tur codd. | a factis] ac facias LVS | personam  
 β B' V || 8 quid LV | fuerit FG B' || 9 a W.: de codd. || 12 NVM —  
 uise add. W. || 13 amabo <uise> SV<sup>2</sup> | nam codd. || 16 ne] ñ  
 β B' V || 18 maximos Ter., cf. infra | credit W.: credunt codd. ||  
 24 est uirgo FG | ut S, et rell. || 25 amicae om. L

- cui talia miserit dono. nam perducit adulescens eunuchum, sed ipsum pessimum habet. cognoscit Chaeream fratrem Phaedria pro eunucho ad meretricem mutata ueste uenisse  
 669 et sic utiasset uirginem. — **2** MALE CONCILIATE male empte,  
 673 nam concilium nundinas dicimus. — **6** DOMI NON OFFEN- 5  
 DISSEM domi non inuenissem. — ITA IAM ADORNABAT FVGAM  
 ueste mutata se ad fugam praeparabat. et supra (*II* 2, 6)  
 diximus ornamenta poni ad utramque partem, et ad diuitias  
 et ad miseriam, quomodo parasito dictum est 'quid  
 681 istuc ornati est, inquam?' — **14** NE COMPARANDVS IS QVI- 10  
 DEM AD ILLVM EST sic distinguendum, ut sit sensus: ad  
 illum, qui ad nos uenit, hic eunuchus ne comparandus  
 682 <quidem> est. — **15** ITA VISVS EST DVDVM QVIA VARIA  
 VESTE EXORNATVS FVIT eunuchi ueste utebantur uersicoloria,  
 685 ut multis coloribus texta fulgerent. — **18** TACE OBSECO 15  
 QVASI VERO PAVLVLM INTERSIT uestis adiectio aliquid for-  
 mae adicit uel detrahit, non tamen nouam efficit for-  
 687 mam. — **20** QVEM VERO TV VIDERE VELLIS PHAEDRIA ita  
 pulcher, inquit, ut uehementer eum uidere cuperes. —  
 688 **21** HIC EST VETVS VIETVS VETERNOSVS 'uictus' <\*\*\*, 'ueter- 20  
 nosus' \*\*> ac turpitudine oppressus, ut Virgilius (*Geo. I* 124)  
 689 'nec torpere graui passus sua regna ueterno.' — **22** CO-  
 LORE MVSTELINO nigro scilicet, qui color est in mustelis  
 supra domorum tecta currentibus. cognoscitur deinde, quod  
 hic eunuchus non uenerit ad meretricis domum. ideo effi- 25  
 694 citur interrogatio a domino **27** AGEDVM HOC NVNC MIHI  
 EXPEDI PRIMVM ISTAM QVAM HABES VNDE HABES VESTEM.  
 quam rem interrogatus narrat eunuchus uenisse Chaeream,  
 suam accepisse, hanc quam habet sibi dedisse, deinde con-

1 <in> dono *B'SV*<sup>2</sup>, dona *F* || 2 cherea *L* || 3 Phaedria  
*Zeune*: -ae *codd.* || 4 MALE — dicimus] *lac. in B'S* | male empte]  
 malēte *LV*, -i mali cōadunate *G, om. F* || 6 adornarat *FB* || 8 poni  
*W.*: -it *codd.* || 9 est *G, om. rell.* || 13 qui dem *add. Lindenbr.* ||  
 14 exornatus *F (= Ter.)* | uersicolor aut *LV*<sup>1</sup>, usculari aut *G*,  
 uersicolori aut *SV*<sup>2</sup>, diuersi coloris ut *F* || 15 texta] *sc. ueste* ||  
 16 adiectio *FB*, -to *LVS*, -ta *G (recte? cf. p. 143, 16)* || 17 effecit  
*LV* || 20 uictus] uictus *LGV bis* | *lac. sign.*, ueternosus *suppl. W.*  
*(cf. schol. Bemb. et Schlee)* || 21 ac] a β || 29 accepisse <uestem> *B'SV*<sup>2</sup>

- tinuo cum Parmenone egressum foras. qua re confirmata  
 703 accusantis conclusio efficitur **35** IAM SATIS CREDIS SOBRIAM ESSE ME ET NIHIL MENTITAM TIBI 'sobriam' quia supra (*IV 3, 13*) illi adulescens dixerat 'temulenta es'. adiungit igitur terminationis summam IAM SATIS CERTVM 5 EST VIRGINEM VITIATAM ESSE. his conclusionibus nihilominus pugnat adulescens dicens eunucho non esse credendum
- 704 **36** AGE NVNC CREDIS HVIC QVOD DICAT. at illa rursus, quae accusabat a persona, rem ad facta deducit. conuictus adulescens, etiam cum tacite interrogasset eunuchum, ne uideatur iniuriam fecisse meretrici, monet, ut eunuchus
- 712 quod dixerat neget. — **44** POSSVMNE EGO HODIE EX TE EXCVLPERE VERVM hoc est producere et formare, quemadmodum formas reddunt illi, qui exculpant gemmas. —
- 716 **48** ALIO PACTO HONESTE QVO MODO ABEAM HINC NESCIO 15 quoniam, inquit, constat de iniuria, non alio pacto me hinc liberare possum, nisi dum neganti eunucho uehementer
- 717 irascor. haec autem secum loquitur. — **49** ACTVM EST SIQVIDEM TV ETIAM ME HIC NEBVLO LVDIFICABERE actum est, inquit, si etiam me tu inludis nebulo, hoc est fraudator et 20
- 718/19 pessimus. — **50** HANC TECNAM hic fraudem. — **51** <INVENIAM POL HODIE> PAREM <VBI REFERAM GRATIAM in fine> huius scaenae ancillae deliberat<io est>, an indicandum sit dominae uirginem esse uitiatam, quae breui argumento percurritur. primum sic posita est 'utrum taceam 25
- 721 an uere dicam?' suadet autem, ut taceat, ab utili **53** TV POL SI SAPIIS QVOD SCIS NESCIS NEQVE DE EVNVCHO NEQVE DE VITIO VIRGINIS.

5 igitur *W.*: enim (uero *G*) *codd.* || 6 his *W.*: hic *codd.* || 8 <belua> credis *FB'SV*<sup>2</sup> | ad *L*, om. *F* | rursus *W.*: rarius *codd.* || 10 tacitate *LV'S* || 14 reddant *LV* || 15 hinc abeam *B'S* || 16 non alio *B'*, non nullo *LSV*, nullo *FG* || 18 SIQVIDEM om. *LV*<sup>1</sup> || 21 hic] *lac. in S*, .i. *B'*; hanc *Lindenbr.* | INVENIAM — HODIE et VBI — fine *add. W.* || 22 <et mi> parem *LV*, <et in> partem *B'*, om. *GS*; sed nunc quid faciendum suades dorias *F* || 23 huius scaenae] hac scena *G*, hic secum *S* | ancillae *Schoell*: -a *codd.* | deliberatio est *Schoell* || 27 scias *B'SV*<sup>2</sup> | NEQVE 1. om. *LGVS*

## 5.

727 **1** ATTAT HERCLE DATA VERBA MIHI SVNT haec scaena  
 729 adulescentis narrationem habet, quod sit inlusus. — **3** POST-  
 QVAM SVRREXI NEQVE MENS NEQVE PES SATIS SVVM OFFI-  
 CIVM FACIT impedita omnia sunt uino, ut membra se ad  
 732 actus suos explicare non possint. — **6** VERBVM HERCLE 5  
 734 HOC VERVM EST prouerbium. — **8** AETATEM quod est sem-  
 738 piternum. — **12** HVIC VBI <EGO> ANTEVERTERIM ubi ego  
 eam antecesserim.

## 6.

739 **1** CREDO EQVIDEM ILLVM IAM HIC ADFVTVRVM haec  
 scaena repetitionem puellae habet et accusationem, quod 10  
 noluerit meretrix pacta seruare. uerum ante praepositur  
 adulescens, qui aduersus militem possit obsistere, ne con-  
 turbata, cum suam puellam dixerit, cedat, sed huius au-  
 744 dacter sororem esse dicat. — **6** TVRBAM HANC turbatio-  
 746 nem. — **8** HAEC ATQVE HVIVS MODI SVM MVLTA PASSA 15  
 commendat hic munus, cum maximas se iniurias passam  
 748 dicit. — **10** QVID AIS uehementer miratur adulescens, quod  
 apud meretricem educta sit soror, quemadmodum dictum  
 753 est 'ita uti teque illaque dignum est.' — **15** ABI TV CI-  
 STELLAM PYTHIAS DOMO EFFER soliti fuerant qui exponebant 20  
 semper aliquid dare monumentorum pueris, ut ex his mo-  
 nimentis fieret postero tempore cognitio. haec igitur mo-  
 nimenta petit, uti de cistella huc deferantur, quo facilius  
 Chremes interlocuturus sit, quod militem uenire uideat.  
 754 illa intercedit tamen interrogans, ubi cistella sit. — **16** IN 25

2 sis *LVS* || 4 sunt omnia *FG* || 6 *VERVM*] uerbum *LV* |  
 aetate *codd.* || 7 ergo *codd.* || 8 eam *Westerh.*: iam (post ante *S.*  
*om. G*) *codd.* || 10 repetitione *G*, -tit *B'SV*<sup>2</sup> | habet et *F*, habet  
 (post accus-) *G*, *om. rell.* || 13 dixerit *G*, duxerit uel dixerit *F*,  
 duxerit *rell.* | huius] hanc *FG* || 14 <suam> sororem *codd.* ||  
 17 miratus *Gα* || 19 est *om. Lα* || 21 semper ante qui *codd.*  
 praeter *B'* | monumentis *LB'* || 22 monumenta *LV*<sup>1</sup> || 23 huc *W.*:  
 hec *codd.* || 24 interlocuturus *Zeune*: -tus *codd.* || 25 <anc>illa  
*Westerh.* | sit *om. LFV*<sup>1</sup>*S*

RISCO ODIOSA CESSAS riscum cistellae genus de uimine  
 756 effectum et tectum corio intelligamus. — 18 APAGE SIS  
 <EGON FORMIDVLOSVS> hoc est: timidus ego? discede, non  
 763 sum. — 25 OBSERA OSTIVM serare est claudere, ita  
 compositum obserare. contrarium est uero reserare, 5  
 768 quod est aperire. — 30 IN IVS DVCITO HOMINEM ad forum  
 769 in iudicium. — 31 ATTOLLE PALLIVM quoniam <haec>  
 comoedia Athenienses personas habet, idcirco 'pallium'  
 dixit. sunt enim <et> comoediae, quae togatae dicuntur  
 770 et personas Romanas habent. — 32 PERII HVIC IPSI EST 10  
 OPVS PATRONO QVEM DEFENSOREM PARO hic, inquit, qui a  
 me defensor paratur, ita timet, ut ei potius patronus  
 adhibendus sit.

## (7.)

771 1 HANCINE EGO VT CONTVMELIAM TAM INSIGNEM IN  
 ME ACCIPIAM GNATHO repetiturus, ut diximus, puellam 15  
 aduenit miles ex compecto: sic enim supra (I 2, 61; 60)  
 etiam Thais ipsa dixerat 'uelle se illam mihi dare, uerum  
 id uereri, ne ubi acceperim, sese relinquam' et alio loco  
 (I 2, 59) 'si fidem habeat se iri praepositum tibi apud me.'  
 nunc uero, cum de †Chaerea pacta sit, ut ei praeponatur 20  
 ille, et hodie introduxerit Chremetem, quem miles suspi-  
 catur amatorem, dicit contra pactum esse hoc factum. unde  
 istum credit esse repetiturum, quod dono dedit. uide  
 tamen militis gloriosi stultitiam: quasi aciem, quasi proe-  
 lium ante disponit, et ei consensum commodat parasitus, 25  
 774 quem colacem in hac comoedia intelleximus: 4 IN MEDIVM  
 776 inquit HVC AGMEN CVM VECTE cum fuste. — 6 MANIPVLVS

7 haec add. W. || 8 Athenienses Lindenbr.: -sis codd. ||  
 9 et add. W. (cf. Bruns ad h. l.) || 10 et B', que F, om. rel. ||  
 habentes G || 14 scaenas IV 6 et IV 7 coniunxit Eugr., cf. IV  
 6, 1 || 16 ex compecta LV<sup>1</sup>, ex conspectu F, ex compacta G,  
 ex templo B'SV<sup>2</sup> || 19 si om. LGVS || 20 Chaerea] immo Phae-  
 dria | pacta W.: -us codd.; -um Lindenbr. | ut ei W.: uti codd. ||  
 24 uide W. (duce Lindenbr.): et codd. | stultitiam Lindenbr.:  
 -a codd. | aciem <et> FB'SV<sup>2</sup> || 25 ei F, eū G, eo rel. || 26 quem  
 colacem om. L || 27 cum fuste om. FSV<sup>2</sup>



- FVRVM manipuli dicuntur in legione certi et collecti milites. quemadmodum turma est, ita et manipulus. et hic
- 777 miles manipulum se habere dixit furum. — **7** QVID IGNAVE  
PENICVLON PVGNARE intelligimus Sangam cocum cum peniculo egressum ac propterea militem interrogare, cur peniculum portet. sed quoniam et familiae et domini mores 5
- 778 perite nouit, respondit **8** EGONE IMPERATORIS VIRTVTEM  
780 NOVERAM ET VIM MILITVM. — **10** QVI MALVM ALII SOLVS  
SANNIO SERVAT DOMI aut absolute dictum 'seruat domi' aut:  
781 seruat ea quae domi sunt. — **11** EGO <ERO> POST PRINCIPIA INDE OMNIBVS SIGNVM DABO principia dicuntur acies et frons prima exercitus; ita post principia est postrema aciei pars. denique intelligens parasitus prudentem appellat
- 792 militem, quod sibi periculoso loco cauerit. — **22** THAIS  
HOC PRIMVM MIHI RESPONDE hic propositio est pactorum, 15  
unde arguit, quod sibi sint non seruata pacta. deinde proponit, quemadmodum seruata non sint QVAE MIHI ANTE
- 795 OCVLVS CORAM AMATOREM ADDVXTI TVVM. — **25** QVID  
CVM ILLO AGAS scit amatorem suum non esse et ideo omnia militi permittit ut in illum faciat, quem credit 20
- 796 amatorem. — **26** PAMPHILAM ERGO HVC REDDE NISI VIS  
ERIPi quoniam meretrix dixit 'libuit', ideo Pamphilam
- 797 nunc repetit. — **27** TV ILLAM TANGAS OMNIVM tandem excitatus Chremes intercedit et furentis more uerba non exprimit, quippe cum intercedat parasitus iam intelligens futurum conuicium, quod dicit AH QVID AGIS TACE. — **30** SCIN TV VT TIBI RES SESE HABEANT uis, inquit, scire, quemadmodum res istae sint? si aliquid hodie hic turbaueris aut litis feceris, perficiam, uti uerberibus diei <et> loci huius 25

4 sanga L, -an *GV*<sup>1</sup> || 6 familiae G, -ia *rell.* || 8 nouit, perite resp- *Lindenbr.* || 9 doni *LV*<sup>1</sup>, domum *rell.* | seruit  $\beta$  *V*<sup>1</sup> || 10 <n> sunt *LVS* || 13 acies *LG*<sup>V</sup> || 15 hoc *om. B'SV*<sup>2</sup> | respondet *LV*<sup>1</sup>, -dit G || 16 pacta seruata *codd.* || 17 sint *F'S*, sunt *rell.* || 18 adduxisti *LG*, -xi  $\alpha$  || 20 per militi (-tem *B'SV*<sup>2</sup>) permittit (*//m-V*<sup>2</sup>, m- *B'*) *L* $\alpha$  || 21 nisi <si (*om. G*) ui ma> uis eripi *GB'SV*<sup>2</sup>, *om. F* || 26 conuicium *Goetz-Schoell.*: coniugium *codd.* | ais *F* $\alpha$  || 29 lites *B'SV*<sup>2</sup> | et loci *W.*: locique *FB'SV*<sup>2</sup> | huius <memineris> *codd. praeter B'*

et mei semper memineris. et quia metuit parasitus, quantum potest refregit audaciam Chremetis et miserere se dicit, quod talem inimicum militem faciat, cui repugnare  
 805 non possit. — **35** PRINCIPIO EAM DICO ESSE LIBERAM hic iam respondetur militi repetenti puellam et primum op-  
 809 uim faciat in Thaidem. — **39** AVDIN TV HIC FVRTI SE ALLIGAT dum haec tibi proponit, furti sibi crimen inten-  
 814 dit. — **44** VT FORTES DECET MILITES DOMI FOCIQVE FAC VICISSIM VT MEMINERIS quoniam pro labore satis exactum est, uicibus id age, ut procures milites et memineris foci et domi, ad cibos scilicet praeparandos.

## V.

## 1.

817 **1** PERGIN SCELESTA MECVM PERPLEXE LOQVI et haec coniecturali modo accusat, quippe cum quaeritur, an uirgo  
 820 uitiatia sit. denique argumenta colligit **4** VIRGO CONSCISSA VESTE LACRIMANS OBTICET. ita in eo quod dixit 'obticet' satis plenum est: nam si iniuria fuerat, facile loqueretur,  
 829 nunc uero tacet, quae est pudoris amissio. — **13** QVID AIS SACRILEGA ISTVCINE INTERMINATA SVM HINC ABIENS TIBI quasi intendit crimen, quod neque custodierit uirginem.  
 831 at illa praecepto se paruisse respondit **15** QVID FACEREM  
 832 ITA VT IVSSISTI SOLI CREDITA EST. — **16** SCELESTA OVEM LVPO COMMISISTI praedam, inquit, praedatori dedisti. —  
 833 DISPVDET ualde ego hic et uehementer erubesco. — **17** SIC

1 memineris] misereris *LV*<sup>1</sup> | quae metui *LVS* || 2 refringit *GB'* || 3 cui] cum *LGVS* || 6 nobilissimi *Lindenbr.*:  
 -ma *codd.* || 7 deprecetur *LGV*, edicatur (militi) *S* || 9 proponitur *LVS* | sibi *W.*: tibi *codd.*; nisi fort. *Euagr.* *TE legit* ||  
 12 age *W.*: agit *codd.* | et *W.*: sed *codd.* || 17 ita — obticet *om. L* || 19 amiss(i significat)io? || 20 *HINC*] hodie *LGV*<sup>1</sup> ||  
 21 intendat *L* | neque] non *GB'*; fort. non aequae || 23 uti *FGV*, *om. L* || 24 inquam *L α*

- MIHI DATA ESSE VERBA sic me esse deceptam. — QUID  
 ILLIC HOMINIS EST hic intelligitur reuerti Chaeream adhuc  
 eunuchi ueste indutum, sicuti post cognoscitur, et ideo  
 834 miraculum fit **18** ERA MEA TACE OBSEURO SALVAE SVMVS. —  
 838 **22** VIDE AMABO SI NON CVM ASPICIAS OS IMPVDENS VIDE- 5  
 TVR 'amabo' dixit, quod semper inter poetas nulla signi-  
 ficatione est. est autem sensus talis: uide impudentiam,  
 uide aspectum, quemadmodum incedit. os ergo impudens  
 uidetur, cum aspicias uenire. et quasi aliquid meretrix  
 839 dixerit, ita subiungit **23** NON EST, quasi: negas esse quod 10  
 dico? et hoc ut confirmet, adiungit 'cur igitur tanta con-  
 fidentia fretus incedit?'

## 2.

- 840 **1** APVD ANTIPHONEM VTERQVE MATER ET PATER QVASI  
 DEDITA OPERA DOMI ERANT VT NVLLO MODO INTRO IRE  
 POSSEM QVIN VIDERENT ME haec scaena iniuriarum actio- 15  
 nem tenet. reum facit Chaeream meretrix iniuriae, at ille  
 se ueniali statu purgat dicens se quod fecerit amore fe-  
 cisse. ac primo quidem loquitur, cur non mutata ueste  
 845 nunc uenerit. — **6** IN ANGIPORTVM QVODDAM DESERTVM  
 angiportum dicimus uicum et angustum et tortuosum, 20  
 850 nam anguis modo flectitur. — **11** ADEAMVS BONE VIR DORE  
 SALVE fingit adhuc meretrix illum eunuchum esse, ut  
 in sic salutatum facilius tamquam subiectum et sibi  
 855 deditum inuehi possit. — **16** HANC METVI NE ME CRIMI-  
 NARETVR TIBI hanc, inquit, Pythiam timui, ne me reum 25  
 856 apud te faceret. — **17** EHO PAVLVLVM IMPVDENS an paul-  
 lulum hoc esse tibi uidetur uirginem uitare ciuem? hic  
 iam intelligimus, quod non eunuchum credat esse cum  
 quo loquitur meretrix, uerum adhuc latet, quis iste sit.

1 ESSE] est LV<sup>1</sup>, sunt SV<sup>2</sup> || 2 illu L, illuc V | cherea L ||  
 5 VIDETVR om. L || 6 amabo etc.] cf. IV 3, 21 || 7 est I. G, po-  
 nitur FB', om. rell. | talis sensus FG α || 13 pater et mater FS ||  
 19 uenerit Zeune: -nit codd. || 20 uicum ante DESERTVM codd. ||  
 22 ut in Zeune: ita ut F, ita rell. || 23 <in> subiectum ? ||  
 24 ME om. LVS

- ita quoniam ille conuictus est de uitata uirgine, genus  
dissensionis adhuc tamquam seruus proponit, ut dicat  
858/61 **19** CONSERVAM ESSE CREDIDI. — **22** QUID ITA VERO DE-  
BEAM QVICQVAM ISTI FVRCIFERO SI FECERO PRAESERTIM CVM  
SE SERVVM FATEATVR TVVM nihil est, inquit, quod metuum, 5  
si iniuste aut per iniuriam aliquid fecero, maxime cum  
864 hic se seruum tuum fateatur esse. — **25** MISSA ISTAEC  
FACIAMVS hic iam meretrix sublata simulatione accusat  
adulescentem iniuriarum dicitque non dignum factum ab  
eo, qui fecit ita, etsi digna pati potuerit ipsa. exprimit 10  
deinde, quid incommodi sibi euenerit ex uitata uirgine,  
quod non possit suis illam ita uti decuerat reddere et  
maximum beneficium et perpetuam gratiam collocare. —  
872 **33** AT NVNC DEHINC SPERO AETERNAM INTER NOS GRATIAM  
defensionem suam adulescens a spe promissionis inchoat: 15  
dicit enim aeternam fortasse ex hac re futuram gratiam.  
hoc enim intelligi uult, quod illam sit ducturus uxorem.  
873 denique adiecit **34** SAEPE EX HUIVS MODI RE QVAPIAM ET  
MALO PRINCIPIO MAGNA FAMILIARITAS CONFLATA EST FRIQUEN-  
ter, inquit, ex tali re aliqua et initio non bono ad familiarita- 20  
tem maximam concordiamque peruentum est. 'huiusmodi re  
quapiam': comico loquendi stilo 'quapiam' aliqua intelli-  
876 gimus. — **37** EQVIDEM POL IN EAM PARTEM ACCIPIOQVE  
ET VOLO intelligit meretrix, quid sibi ab adolescente dictum  
sit, et ideo adiecit 'hoc quidem accipio ex dictis tuis, quod 25  
877 uehementer desidero'. — **38** VNVM HOC SCITO CONTVMELIAE  
NON ME FECISSE CAUSA SED AMORIS hic <est> illa defen-  
880 sio, quam ueniamem supra diximus. — **41** NON ADEO IN-

1 illo *FB'V*<sup>2</sup>, *om. GS* | genus vel gentis (ing- *F*) *codd.* ||  
2 dissensiones *GB'V*<sup>2</sup>*S* || 3 abeam *FGB'* (*cf. Don.*) || 4 si fecero  
(*om. B'*) *post praesertim codd.* || 5 *se om. LVS* | fateatur *B'*,  
-tetur *G*, -teretur *rell.* | suum *LVS* || 6 maxime *om. L* || 7 *se*  
*GB'*, *om. rell.* || 9 -que] -que quia *B'*, quia *rell.* || 11 uenerit  
*LFα* || 12 decuerat] decreuerat *Lindenbr.* | reddere *om. L* ||  
15 ab spe *FG*, ab (ob *VS*) *se LVS*, a statu *B'* || 16 ex hac  
re] exacro *L<sup>1</sup>V<sup>1</sup>*, exsacro *V<sup>2</sup>*, ex saeto *S*, ex hoc *F*. ex hoc  
facto *B'* || 22 aliquam (-quid *G*) *codd.* || 23 occipioque *L*, accipio  
*FG* || 27 est *add. W.*

- HVMANO INGENIO SVM CHAEREA quoniam meretrices ab amatoribus suis quasi quasdam exigunt poenas, ideo se purgat, ut dicat non tam inhumano ingenio esse, ut amor
- 884 quid sit ignoret. — **45** NON AVSIM quoniam Pythias dixerat timendum esse dominae Chaeream, hoc est ne quam 5  
uim illa pateretur, respondit ille 'non audeo': scit enim
- 889 fratris amicam esse. — **50** TAMEN SI PATER pendens haec oratio sensum plenum habet 'tamen si uoluerit pater'. sed continuo cum hoc intellexisset adulescens respondit QUID VOLET SCIO CIVIS MODO HAEC SIT. apud Athenas de- 10  
decoris maximi fuerat non ciuem ducere uxorem, unde et in Andria (*III 1, 11*) Simo ita loquitur 'adeone tu demens? ex peregrina?' — **51** PAVLVIVM OPPERIRIER expecta.
- 896 — **57** IMMO PERCVPIO duobus modis intelligitur: cupiditas adulescentis, ut ingredi *uellet domum: uel quoniam* <\*\*\* uel 15  
*quoniam*> *illic ea puella est, quam uidere desiderat.* denique hoc intellexit Pythias et propugnat dicens QVAM TV REM
- 897 ACTVRA ES. — **58** HVNC TV RECIPERE DISPONIS POST HAEC *post tantam turbam et tale scelus adhuc uirum istuc in-* 20  
*tromittis?* — **60** DABIT HIC PVGNAM ALIQVAM DENVO pro-  
prium *uerbum* est et familiare ad expressionem: semper cum aliquid fieri dicitur, *melius dicitur dari*, ut (*Verg. Geo. III 265*) 'quid quae imbelles dant proelia cerui?' et hic 'da-
- 901 bit aliquam pugnam'. — **62** NON POL CREDO CHAEREA NISI SI COMMISSVM NON ERIT uerbis talibus fidem non habeo neque 25  
quod dicis *non* fieri credo, nisi *non* fuerit factum. —
- 905 **66** PERII HERCLE OBSECO ABEAMVS INTRO ex hoc expri-

2 exigant *codd.*, corr. *W.* || 4 ignorem  $\beta$  *V* | quondam *codd.*, corr. *Lindenbr.* || 5 esse *F*, est *rell.* | domini (-na *G*) ne *LVB'* | cherea *GB'* || 6 illa *F*, ille *rell.* || 12 tu] est *Ter.* || 13 paulum *LS* | operior *LV<sup>1</sup>* | expectare *F* (*edd.*) || 14 PERCVPIO] peroppidum *LGV<sup>S</sup>* | <hoc> duobus *B'* | intelligitur *B'*, -guntur *rell.* | cupiditas *W.*: cupit *codd.* || 15 adulescens *GB'* | ut *L*, ui (quod ui *F'*) *rell.* | uelle *G* | uel *om. G* | *lac. (suppl. adhuc eunuchi ueste indutus est, cf. ad v. 68; 60; V 6, 1; 14) sign.*, uel quoniam *suppl. W.* || 16 denique] *hic inc. cod. P; de V v. praef.* || 17 propugnat *Lindenbr.*: perp- (pugnat *G*) *codd.*: rep-? || 18 DISPONIS] deponis (ponis *G*) uel (*ante ACTVRA*) *add. LG* || 21 familie] *LF* | <nam> semper? || 25 si *om. L* || 26 dicis *F*, -it *rell.*

mitur, quod supra (v. 57) dixit 'immo percupio': uiso enim  
 Chremete, noto et nobili uiro, uehementer erubescit, quod  
 908 cum eunuchi ueste sit. — 69 VIRGO quidam intelligunt:  
 confusus es ita, quasi uirgo sis: erubescis ex ueste et  
 confusionem pateris, quam uirgo patitur, quam uitasti. est 6  
 rursus et quasi admonitio, ut et pudori non sit, quod ista  
 909 ueste indutus est, *siquidem uitauit uirginem.* — 70 I PRAE  
 SEQVOR antecede, *ego te sequor.*

## 3.

910 1 QUID QUID VENIRE IN MENTEM NVNC POSSIT MIHI haec  
 scaena consilium quaerentis ancillae tenet, quemadmodum 10  
 se possit ulcisci *et iniuriam factam; deinde admonitionem,*  
 913 *ut Chremes cum nutrice ingrediatur.* — 4 VIDEO SED NIHIL  
 PROMOVES expressit tardos gradus ancillae ambulantis:  
 'motum' inquit 'corporis uideo, sed itineris nulla pro-  
 915 gressio est'. — 6 AC MEMORITER *ut non cum difficultate* 15  
 919 *cognoscat, sed praesenti memoria uniuersa colligat.* — 10 VIDE  
 VT OTIOSVS\* IT *attende* inquit, <ut> *Parmeno securus*  
 920 *ambulat et otiosus.* — 11 SPERO ME HABERE QVI HVNC  
 <MEO EXCRVICEM> MODO *credo iam me repperisse consilium,*  
 quemadmodum istum tormentis afficiam *et cruciem pro* 20  
 921 *mea uoluntate.* — 12 IBO INTRO DE COGNITIONE VT CERTVM  
 SCIAM *pergam intro, ut cognoscam, an puella cognoscatur.*  
 α\*[15] id est securus.

## 4.

923 1 REVISO QUIDNAM CHAEREA HIC RERVM GERAT haec  
 scaena allocutionem tenet serui gloriantis, quod consilio 25  
 <suo> tantum beneficium dederit, uti amorem ei difficillimum  
 explicauerit. *et haec ergo gloriae est exultatio, eiusque par-*

4 sis] sic FG || 5 quam 1. G, quod *rell.* | *patiat*ur LFPS ||  
 6 et 1. om. G α (recte?) || 8 <id est> antecede α | *sequar* G,  
 (ex -or corr. m. 1) L || 10 retinet L (cont-? cf. V 5, 1; al.) || 13 <uel>  
 expressit L | *gressus* FS || 14 motum B', -dum *rell.* || 16 agnos-  
 cat G || 17 IT] sit *codd.* | ut *add. Lindenbr.* || 20 tormentis istum  
 α || 26 gloriae W.: -ria *codd.* | *exaltatio* L<sup>1</sup> | *eiusque*] cuius α

- 926 tes enumerat **4** QVOD EI AMOREM DIFFICILLIMVM ET CARISSIMVM  
A MERETRICE AVARA VIRGINEM QVAM AMABAT EAM CONFECI SINE  
MOLESTIA SINE SVMP TV SINE DISPENDIO. sed haec quasi parua  
dicit: illud maxime prouidisse gloriatur, quemadmodum  
adulescens iam meretricum ingenia et mores cognosceret, <sup>5</sup>  
924 uti, cum cognouisset, semper odisset. — **2** QVOD SI ASTV REM  
TRACTAVIT quod <si> ipse per astutiam et calliditatem per-  
930 fecit rem. — **8** ID VERO EST MIHI QVOD EGO PVTO PALMA-  
RIVM hoc est: quod ego arbitror mihi esse gloriosum, ibi  
936 palmam debere summam.\* — **14** LIGVRRIVNT iam supra <sup>10</sup>  
(II 2, 4) dixi: leuiter cibos tangunt. cui contrarium ab-  
939 ligurrare, quod significat absumere. — **17** QVO PACTO EX  
IVRE HESTERNO expressit meretricum sordes, quas in domo  
habent, siquidem praeter cetera et ius dixit hesternum\*,  
uel quod ab amatore tulerint aut in domo fuerit ac reman- <sup>15</sup>  
942 serit, quod foris cenauerint. — **20** VT NE IMPVNE IN NOS  
943 ILLVSERIS ne sine poena nobis iniuriam feceris. — **21** PRO  
DEV M FIDEM FACINVS FOEDVM dum egreditur Pythias, fingit  
adulescentem Chaeream intus captum et pro moecho deprehen-  
sum poenam ex consuetudine passurum, quo facilius Parmeno <sup>20</sup>  
946 terreatur. — **24** QVAE FVTVRA DICVNT EXEMPLA IN EVM IN-  
DIGNA exemplum significat grauem poenam, scilicet quae  
ceteris possit esse exemplum. nam ipse post (V 6, 21)  
951 sic dicit 'uterque in te exempla edent.' — **29** VIRGINEM ISTAM  
THAIDI QVAE HODIE DONO DATA EST SCIS ISTAM CIVEM ESSE <sup>25</sup>  
uti uitiatori crimen increseat, dicit uirginem esse ciuem  
et eius fratrem adulescentem esse nobilem, qui ad uin-

α\*<sup>[10]</sup> nam idem est palmarium quod palma (cf. Schlee).

\*<sup>[14]</sup> quod significat aquam pinguem (hic desinit B').

1 EI om. LG || 4 quemadmodum] ut α || 5 et mores] mo-  
resque α || 6 uti L, ut rell. || 7 si add. W. | perficiet codd. ||  
8 EST om. L || 10 summam] sumi α | iam] ut α || 11 alligurrare α ||  
15 retulerint? || 17 pro] nova scaena incipit in F || 20 poenas FG ||  
22 significat] dicit α || 23 esse possit G α | <ad> exemplum α |  
ipse — dicit (-xit LG)] alias dixit α || 24 exempla in te F ||  
dent LG || 25 hodie quae G || 26 ut α || 27 esse (et α) nobilem  
ante eius codd.; et nobilem post adul- repet. α | ad uindictam  
qui codd., transp. W.

- dictam scilicet facile possit propter adolescentiam consur-  
gere et propter nobilitatem et quod in iracundia habet sine  
timore complere. praeterea est, ut dixit, et uiolentissimus  
957 frater, uti et a moribus iam poena cumuletur. — **35** NVNC  
MINIATVR ID QVOD MOECHIS SOLET hic intelligimus quae- 5  
dam in moechos esse supplicia\* uel ad crudelitatem uel ad  
turpitudinem. haec Pythias reticet ac nescire se dicit. —  
959 **37** QVID TANTVM hoc est: quantum est istuc facinus. —  
960 **38** QVIS HOMO PRO MOECHO VMQVAM VIDIT IN DOMO MERE-  
TRICIA DEPREHENDI QVEMQVAM et supra (II 3, 91) isto con- 10  
silio usi sunt, ut impunitatis spem sibi in domo meretricis  
pollicerentur. ita et nunc arguit Parmeno, quod pro moeche  
962 in domo deprehensus sit meretricia adulescens. — **40** DICO  
EDICO VOBIS NOSTRVM ESSE ILLVM ERILEM FILIVM uti ira-  
cundiam uel meretricis uel quilibet ille temperare possit, 15  
maluit qui ille adulescens sit confiteri, ut propter nobili-  
963 tatem non in eum aliquid constituatur. — **41** NE QVAM IN  
ILLVM THAIS VIM FIERI SINAT bene adiecit 'Thais': ne fieri  
sinat aliquam uim illa Thais, quae amatorem habet eius  
964 fratrem. — **42** ATQVE ADEO CVR NON EGOMET INTRO EO 20  
credit iam se domino posse succurrere; uerum quoniam  
Pythias mentitur, metuit uehementer, ne ingressus aliud  
inueniat Parmeno, quam ipsa narrauit. ideo obsistit et  
prohibet <et> eundem terret, ne ingredi uellet, quod omnes  
illi potius irascuntur, quod iam credunt ipsius consilio 25  
967 esse cuncta perfecta. — **45** ECCE AVTEM VIDEO RVRE RED-  
EVNTEM SENEM pater Phaedriae et Chaercae nunc rure ad-  
uenit. et supponit deliberatiuae speciem, utrum indicet do-  
mino an non. ut oportuit, celeri consultatione quid facien-

α\*[6] uel spadari uel aliud quilibet.

3 implere G | est — uiolentissimus] dixit esse uiolen-  
tissimum α || 4 frater om. F | amoribus codd. || 7 se om. L ||  
8 istud FG || 15 posset α F || 19 bene — Thais om. G || 19 eius  
fratrem habet amatorem α || 21 <et> iam F, iam <et> G ||  
23 parmene aliud inueniat α || 24 et add. W. | omnes om. L ||  
28 supponit] sc. Parmeno



dum esset elegit dicens necessitatem esse dicendi. ita et honestum et utile semper uincitur, si modo necessitas sit, sub qua aliter quam cogitur fieri non potest.

## 5.

- 971 **1** EX MEO PROPINQVO RVRE HOC CAPIO COMMODI haec scaena narrationem continet, quemadmodum filius eius in 5 domo meretricis pro eunucho captus sit, simul cum defensione et adulescentis, qui captus est, et ipsius, qui narrat, ne uideatur ipse suis ad periculum consiliis dominum impulsisse. — EX MEO PROPINQVO RVRE HOC CAPIO COMMODI ex agro uicino solo mihi commoda ista sunt, hoc est 10 quod numquam aut urbis satietatem aut uillae capio: cum primum enim satietas esse coeperit, loci commutatione mutatur. — **5** QVEM PRAESTOLARE PARMENO HIC ANTE OSTIVM quem expectas? sed notandum, quod hic per accusatum protulit 'quem praestolare, Parmeno?', at uero Cicero (in 15 *Catil. I 9, 24*) per datiuum 'qui tibi ad forum Aurelium praestolarentur armati'. — **9** ERE PRIMVM TE ARBITRARI ID QVOD RES EST VELIM QVICQVID HVIVS FACTVM EST CVLPA NON FACTVM EST MEA antequam crimen uel admissum ali- quod facinus narraret, prius uoluit quod factum esset a 20 se remouere, quod factum sit, sua culpa non factum. 'ne me' inquit 'spectes' (v. 18), hoc est: non de me esse credas. sed hoc stulte factum: nisi enim crimen uel facinus ipsam dixisset, purgare non debuit personam suam. ideo senex interrogat, quid factum sit, et Parmeno RECTE inquit 25 OPORTVIT REM PRAENARRASSE ME hoc est: crimen, quod est admissum, prius oportuit dicere et sic adhiberi in

5 eius] senis Zeune || 6 sit om. L || 7 et 1. om. G | ipsius] eius α || 8 ad periculum suis α || 10 <id est> ex solo <et> uicino agro α; ex agro uicino post sunt β | ista W.: ita codd. || 12 enim om. G || 14 set L, et F' || 17 TE om. L | arbitrare L || 19 EST om. L || 20 esset] est G || 21 ne — 22 credas fort. del. || 26 <ante me> hoc L || 27 est] esse L, esset (est F') post admissum FG

982 omnibus purgationem. — **12** EMIT QVENDAM PHAEDRIA EV-  
 NVCHVM cum Aethiopissa simul empta sit, tantum de eunuchō  
 narrat, quia et ipse pertinet ad causam et ne dominum  
 986 in muneribus onerare uideatur. — **16** HEM IAM SCIT ILLE  
 QUID MERETRIX SIET AN IN ASTV VENIT ALIVD EX ALIO 5  
 MALVM licet breuiter supra Parmeno utrumque narrauerit,  
 uel ipsum emisse meretrici uel Chaeream amare coepisse,  
 tamen utriusque calamitatis sensu senex grauiter indignatus  
 conqueritur 'scit iam ille quid meretrix siet?' ita non adu-  
 lescenti crimen instituit quod uir sit, sed quod scit quid 10  
 meretrix siet. 'an quia quodam astu et quadam calliditate  
 mala haec mihi ingeminata sunt, ut aliud malum mihi  
 ex alio nasceretur?' ex malo enim comparati eunuchi aliud  
 malum est, quod minor filius coeperit amare meretricem.  
 988 — **18** ERE NE ME SPECTES ME IMPVLSORE HAEC NON FACIT 15  
 narrata causa redit ad defensionem suam, quam supra  
 992 dimiserat. — **22** HVNC PRO MOECHO POSTEA COMPREHEN-  
 DERVNT INTVS bene ita 'pro moecho' dixit, quia in domo  
 993 meretricis moechi crimen est nullum. — **23** ET CONSTRIN-  
 994 XERVNT hoc est uinculis alligarunt. — **24** AVDACIAM ME- 20  
 RETRICVM SPECTA iam seruus meretrices accusare coeperat  
 et audaces dicere, ut exinde a crimine suo per accusa-  
 tionem auocet dominum. — NVM QUID EST ALIVD MALI  
 DAMNIVE QVOD NON DIXERIS 'mali' pertinet ad hoc, quod  
 Chaerea pro moecho intus est deprehensus et ligatus, 25  
 'damni' ad illud, quod est a Phaedria emptus eunuchus.\*

α\* [26] Iussus Laches a Parmenone ingredi in domum Thaidis,  
 ubi putabat filium suum uinctum teneri, sicut ei men-

1 phedria quendam α || 2 aethiopia LG | simul sit empta  
 F, et LG, om. α | tantun<dem> α, tamen G || 3 quia F, qui  
 rell. | et 2. om. G || 9 sciat L, sciat P | ille iam α | adulescente  
 codd., corr. Lindenbr. || 10 quid F, q2 rell. || 13 ex <alio> enim  
 malo α || 16 narrata W.: -tio codd. (cf. p. 130, 16) || 17 compr —  
 INTVS] comprehenderit L || 18 ita<que> α || 23 aduocet P,  
 uocet L, reuocet F, prouocet G || 24 <quod dicit> mali α |  
 quod chereas α, quēdā ad chereā LG, quod est a cherea F ||  
 25 <et hoc> pro β

$\alpha$  tita fuerat Pythias, inuenit eum pacatissime sedentem cum Thaide. sed eis intulit magnum risum pulsans prae dolore filii et cursu utpote senex miroque modo derisus est a Pythia. unde ipsa glorians tali modo quia derisisset (-ent *V S*) illos, coepit gaudens dicere (*haec pertinent ad V 6, 1, cf. Schlee p. 111, Bruns I p. 255, Mai p. 42*).

## 6.

- 1002 **1** NVMQVAM EDEPOL QVICQAM IAM DIV [OPTANDVM] QVOD  
MAGIS VELLE EVENIRE MIHI EVENTIT QVAM QVOD MODO  
haec scaena continet insultationem, quod, cum ingressus  
esset senex quasi timidus ac sollicitus de filii poena, in-  
uenerit filium suum indutum ueste eunuchi: quod se 5  
Pythias per dolum fecisse laudat, ut Parmeno deciperetur  
ac metu territus domino indicaret, quod celare debuerat.  
pulchre autem factum, quod metu quodam compulsus senex  
ingressus est domum meretricis, ut filio subueniret. et  
sic, dum illic Chremes est adulescens, frater uitiatae uir- 10  
ginis, illic et adulescentis Chaeraeae promissio ad nuptias  
completur. — **11** QVID ILLICONE TE CREDERE OPORTVIT EA  
1012 QVAE DIXI accusat Parmenonem stultitiae, primum quod  
crediderit ea, quae sibi et ab ancilla et ab irata diceren-  
tur, deinde quod ea, quae celare debuerat, indicauerit 15  
1013 domino. — **12** AN PAENITEBAT FLAGITII TE AVCTORE QVOD  
FECISSET ADVLESCENS an, inquit, te paenitebat eius flagitii,  
quod factum esset ab adulescente, <\*\*\*> indicare patri et  
1015 prodere, quo eius facinus publicaretur? — **14** NAM QVID ILLI  
CREDIS ANIMI TVM FVISSE qualem, inquit, credis adulescenti 20  
fuisse animum eo tempore, quo se uisum uidit a patre,  
1018 quod eunuchi ueste esset indutus? — **17** ITANE LEPIDVM  
TIBI VISVM EST NOS IRRIDERE *SCELVS* hoc est 'tu scelus'  
id est scelerata: sic enim res ipsa ponitur pro persona,

**1** OPTANDVM non est *Ter.* || **6** uti *FG* || **7** indicaret domino  $\alpha$  ||  
**12** credere ea quae dixi oportuit te  $\alpha$  (= *Ter.*) || **14** crediderit  
*W.*: credit *codd.* || **18** factum esset *om. L* | *lac. sign. Lindenbr.*;  
*fort. suppl.* nisi posses etiam || **20** TVM] misero cum  $\beta$ , tum illi  
misero  $\alpha$  | adulescentis  $\alpha$  || **22** esset] sit  $\alpha$  || **23** tui scelus *LF*

- ut Sallustius (*Catil. 14, 1*) 'ad hoc facinorum circum se  
 1020 tamquam stipatorum cateruas habebat'. — **19** IN DIEM ISTVC  
 PARMENO EST FORTASSE QVOD MINARE uideris quid mihi  
 miniteris: meum supplicium adhuc imminet et impendet  
 1021 et interim punieris. — **20** QVI STVLTVM ADVLESCENTVLVM 5  
 NOBILITAS FLAGITIIS hoc est: peccatis notum omnibus red-  
 dis ET EVNDEM INDICAS. — VTERQVE EXEMPLA IN TE EDENT\*  
 adulescens, qui nobilitatus est flagitiis, et pater, cui hoc  
 est te indicante proditum, edent in te exempla, hoc est  
 1024 poenas tibi imponent. — **23** EGOMET MEO INDICIO MISER 10  
 QVASI SOREX HODIE PERII quietus enim dum semper est  
 sorex, uel uoce uel strepitu se prodit et indicat, quo fa-  
 cilius capi possit.

$\alpha^*$  [7] id est component. exemplum dixit pro tormento.

## 7.

- 1025 **1** QVID NVNC QVA SPE AVT QVO CONSILIO HVC IMVS 15  
 inducitur in hac scaena miles Thraso ad Thaidem reuerti  
 uelle, ut recipiatur a meretrice, quoniam se intelligit ex-  
 clusum. eius autem posterior uis est, quamquam hoc  
 dissuadet ei parasitus, sed quoniam colax est, dat consen-  
 1027 sum. — **3** QVI MINVS QVAM HERCVLES SERVIVIT OMPHALAE 20  
 Omphalam dicitur Hercules uehementer amasse ita, ut  
 muliebri ipse indutus habitu opera quoque feminea fa-  
 ceret et habitum suum amicae eidem daret. ergo miles,  
 quoniam se seruiturum esse meretrici dicere uolebat, ne  
 turpitudinem, quod miles esset et meretrici seruiret, subire 25

1 sallustius <in iugurtino>  $\alpha$  || 3 est om. LG | minitare  
 F  $\alpha$  || 5 interim F, iterum *rell.* | punieris LG P<sup>1</sup> (*recte?*) || 9 te  
 indicante (*hic desinit cod. L*) | indicatum id est  $\alpha$  | exempla]  
 tormenta  $\alpha$  || 11 semper] super  $\alpha$  || 17 meretrice] Thaide  $\alpha$  |  
 exclusum <esse>  $\alpha$  || 19 ei om. FSV || 21 amasse uehementer  $\alpha$  ||  
 22 indutus muliebri  $\alpha$  | ipse om. F | femine  $\beta$  || 25 meretrici  
 seruiret W.: uiret (*ol. sscr.*) meretrici se (seruire uel G, om. F)  
*codd.* | subicere P<sup>2</sup>VS

uideretur, exemplum ab Hercule suscepit. ita enim gloriosi faciunt, ut peccent et peccati tunc se habere profiteantur exempla. — 4 VTNAM TIBI COMMITTIGARI VIDEAM SANDALIO CAPVT\* utinam tibi comminui et percuti uideam caput, ut uere seruire uidearis. hoc quidem paululum 5 summissiore uoce parasitus dixit.

$\alpha^*$  [4] sandalium neutro genere genus calciamenti est.

## 8.

1031 **1** O POPVLARES ECQVIS ME VIVIT HODIE FORTVNATOR exultationem haec scaena habet, quod Chaerea consilium suum complere potuerit. est ergo hic allocutio gaudentis. laudat autem Parmenonem, se atque fortunam: Parmenonem, quod consilium dederit, se, quod aggressus sit, fortunam, quod cuncta compleuerit. mox ea, quae intus acta sunt, narrat et sibi esse sponsam et illam cognitam ciuem et meretricem tantum fratri esse Phaedriae et militem exclusum. idcirco Parmeno adiecit **10** FRATRIS IGVTVR THAIS 15 TOTA EST. hoc cum miles audisset, uehementer in amoris flammam incensus deliberat, quid facere debeat. sumit consilium, ut hos roget. ac primum allocutio. rursus interponitur Phaedria, qui exultationem gaudii sui exprimit et de suis facultatibus gaudet gratiasque agit patri, quod 20 festiue et iocunde interueniens cuncta compleuerit.

1049 **19** DI VESTRAM FIDEM INCREDIBILIA PARMENO MODO QVAE NARRAVIT ingressus Parmeno Phaedriae narrauit uniuersa, quae dixerat frater. ita cum fratrem continuo uidisset, nihil aliud dixit quam gaudium et laetitiam habere se, <quod> dicens iam ostendit se cuncta a Parmenone

2 peccandi  $\alpha$  || 7 et quis *codd.* | hodie uiuit  $\alpha$  || 8 <in> hac scaena *codd.*, *corr. Lindenbr.* || 12 quod *W.*: quae *codd.* || 17 deliberat *om. F* || 18 ac *F*, ad *rell.* || 19 qui] quod *G*, quam *F* || 20 patri *om. F* || 22 DI] *novae scaenae initium in codd.* || 25 frater *om. F* | fratrem *F*, -ter *rell.* || 27 quod *add. W.* | se 2. *om. F*

- 1051 cognouisse. — **21** NIHIL EST THAIDE HAC FRATER TVA  
DIGNIVS QVOD AMETVR melius nihil, quod amari possit. —
- 1053 **23** TV MIHI ILLAM LAVDAS utique cum scias me amatorem,  
quodammodo superuacuum est, mihi illam quod laudas. —  
PERHI QVANTO MINVS SPEI EST TANTO MAGIS AMO amorem 5  
etiam concitari manifestum est et rursus, ut hic Terentius  
dixit, desperatione incendi. uerum illa desperationis qua-  
dam spe, †ducatur quod peruenire possit, amor minus incen-  
ditur. denique hic miles, quoniam recipi se in partem sperat,  
idcirco 'quanto minus spei est' inquit 'tanto magis amo'. — 10
- 1054 **24** PERFICE HOC PRECIBVS PRETIO hic persuadet †Parmenoni,  
uti, quocumque pacto hoc compleatur, ad meretricem pos-  
sit admitti. — **26** SI QVID COLLIBITVM EST NOVI TE ironia  
est 'si quid collibitum est.' — DONVM PRAEMIVM A ME OPTA-  
TO ID OPTATVM FERES 'nouit te: hoc si feceris, quod uis 15  
donum praemio' — dona scilicet sunt, quae ultra meri-  
tum sunt; praemium uero est, quod quasi ob meritum  
datur —, 'hoc' inquit 'a me poscito: id cum optaueris,  
accipies'. proprium enim uerbum est, ut 'optet praemium  
uir fortis quod uolet'. — **28** SI EFFICIO HOC POSTVLO 20  
uaria distinctio: quidam enim sic distinguunt 'si efficio  
hoc', ut postea subiungant 'postulo'. — VT MIHI TVA DO-  
MVVS TE PRAESENTE ABSENTE PATEAT parasitus nihil aliud  
desiderat praemii loco nisi ut sibi cibus suppeditari pos-  
sit et, siue praesens miles siue absens sit, numquam uo- 25  
catus, semper tamen ad cenam ueniat. — **30** DO FIDEM FV-  
TURVM futurum hoc esse iam fidem promitto et spondeo [ut  
(*Verg. Aen. XI 230*) 'pacem Troiano ab rege petendum']].

1 cognosse β || 3 MIHI] thaidem *codd.* (*gloss. ad ILLAM*) ||  
4 quod *om. F* || 8 ducatur quod p. p.] cum datur quoad p. p. ? ||  
9 hic *Zeune*: hoc *codd.* | recepisse *codd.*, *corr. Lindenbr.* || 11 Par-  
menoni] *immo* Gnathoni | ut α | <et> ad *G* || 13 collibuit *FP* |  
nouiteronia *G*, nouit (*om. F*) yronia *F* α || 14 siquid] quicquid  
*codd.* || 15 si hoc α | effeceris *F* || 16 dona — quae *W.* (*duce*  
*Schoellio*): donasse atque *codd.* || 17 sunt <donā> α || 21 sic  
<dicunt sic> *codd.* || 22 hoc] huic *codd.* || 24 cibus *Lindenbr.*:  
-os *codd.* || 27 ut — petendum *secl. W.* (*interpolator* fidem  
futurum *comparavit cum* pacem petendum)

- 1063 — **33** SCIN QVAM FRETVS si praesumis, inquit, de nobis, praedico, ut scias istam nos habere sententiam, quod, si te in hac platea aliquando inuenerimus, ita accipieris, ut numquam tibi subuenire possit ista defensio, quod alium
- 1066 quaerebas aut iter quod hac te habere dicas. — **36** NON COGNOSCO VESTRVM TAM SVPERBVM hoc, quod respondistis tam superbum, uestrum esse non cognosco nec credo. —
- 1067 **37** PRIVS AVDITE PAVCIS haec deliberatiuae species est, uti deliberet Phaedria, <an> riualem in partem meretricis recipiat. est ergo principium ab utili collocatum, cum dixit
- 1069 SI PLACVERIT FACITOTE. — **39** PRINCIPIO EGO VOS AMBOS CREDERE HOC MIHI VEHEMENTER VOLO in hoc principio rursus Gnatho, quoniam scit odiosum militem, interponit se <et quod facit suae> utilitatis causa facere confitetur. uerum ne sibi consulere intelligatur tantum, cum utique alienus sit qui
- 1071 cupiat persuadere, adiecit **41** VERVM SI IDEM VOBIS PRODEST VOS NON ID FACERE INSCITIA EST, ita persuasurus <suam> utilitatem aliorum dixit se hoc quod facit facere utilitate, ut rei appetendae quodammodo se esse dixerit exemplum.
- 1072 deinde apponit ipsius sententiae propositionem **42** MILITEM EGO RIVALEM RECIPIENDVM CENSEO. primum hoc deliberatiuae est, ut *ipse*, qui suadet, aliquam sententiam dicat, quemadmodum in Philippicis (*cf. Cic. Phil. VIII 33; IX 15*)
- 1073 'quare ita censeo' et in Sallustio (*Catil. 52, 36*). — **43** COGITA MODO TV HERCLE CVM ILLA PHAEDRIA post sententiae propositionem subnectit ea, quae utilia sunt Phaedriae, ut libenter cum meretrice uiuat et libenter capiat uictum: ipsum quidem non plurima dare, Thaidem contra plurima

3 ita <ut> β; fort. ita tu | acceperis *codd.*, corr. *Lindenbr.* || 6 respondisti *F* α || 7 tam] est α | <nam> uestrum α | non credo nec cognosco *G*, (*in mg. aliter add.*) *F* || 8 haec] hoc α || deliberatiuae *Lindenbr.*: -ua *codd.* || 9 deliberet *F*, -rat *rell.* | an *add. Lindenbr.*; ut post riualem α || 13 Gnatho *Lindenbr. pro* quod facio (-iat *F*) *codd.*, quod *infra inser. W.* | interponi α | et *add. W.*, suae *Schoell* || 16 capiat *F* α || 17 suam *add. W.* || 18 utilitate (inut- α) malum (-li *G* α) dixit (ind- *G*) *codd.*, corr. *W.* || 19 quodammodo *om. F* || 21 ergo *codd.* | deliberatiuae *W.*: -ua β, -uum α || 28 dare *om. F*

- uelle accipere; esse autem optimum, qui dare possit, hunc  
 1077 solum militem. — 47 NEC MAGIS EX VSV TVO hoc est:  
 nec est aliquis, qui magis sit ex tua utilitate, quod habet  
 quod det et largius nemo dat. sed hic incidit quaestio  
 1079 'forte datorem amare meretrix incipiat'. subiunxit 49 FA- 5  
 TVVS EST INSVLSVS TARDVS STERTIT NOCTES ET DIES NEQVE  
 ISTVM METVAS NE AMET MVLIER FACILE PELLAS VBI VELIS  
 ita omni genere aptus est miles, uel ut dona det uel ut  
 1081 facile contemni possit. — 51 PRAETEREA HOC ETIAM QVOD  
 EGO VEL PRIMVM PVTO post tanta quae supra narrauerat 10  
 commoda adiungit, quod etiam sibi maxime necessarium  
 est, quod nemo melius accipiat quam miles. 'accipit' autem  
 pascit, quod Virgilius (*Aen. III 353*) 'illos porticibus rex  
 1083 accipiebat in amplis'. — 53 MIRVM NI ILLOC HOMINE QVOQVO  
 PACTO OPVS EST siue quoniam nemo melius pascit neque 15  
 prolixius, id est abundantius, siue quoniam multa dona  
 meretrici donare potest, quocumque <modo> hic homo est  
 1084 necessarius. — 54 VT ME IN VESTRVM GREGEM RECIPIATIS  
 etiam de se persuadere uoluit, ut non excludatur, sed pa-  
 riter cum his possit uiuere et iam horum auxilio uti. — 20  
 1085 55 SATIS DIV IAM HOC SAXVM VERSO olim cum isto milite  
 laboro. quem militem ob stultitiam 'saxum' appellauit, ut  
 (*Verg. Aen. VI 471*) 'quam si dura silex aut stet Marpesia  
 cautes': ubicumque enim est quaedam stupiditas, silici com-  
 1093 paratur. — 63 DIXIN EGO IN HOC INESSE VOBIS ATTICAM 25  
 ELOQVENTIAM quidam intelligunt hoc uersu de Terentio  
 dici, qui ita comoediam scribit, ut in se habeat eloquen-  
 tiam Atticam, hoc est Menandri eloquentiam, qui fuit

3 quod] quia G || 4 hec G, om. FVS | indicit *codd. praeter*  
 G || 5 <ut> incipiat meretrix α | subiungit F || 8 ita W.: ista  
*codd.* | aptus est *Lindenbr.*: aptasse *codd.* || 10 tanta] ea VS |  
 commoda narrauerat *codd.* || 15 quoniam] quam G, quia *rell.* ||  
 16 quoniam] quam G || 17 quocumque modo W.: et quocum-  
 que *codd.*; ad quaec- *Lindenbr.* || 18 vt] cum α || 20 uti om. β ||  
 21 hoc iam G, iam VS | verso] uoluo G || 22 ob F, om. *rell.* |  
 saxum] \*\*\* P, om. VS || 24 cautex α || 25 uobis inesse G | hunc  
 uersum G || 27 qui ita *Goetz-Schoell*: quia et F, qui etiam G,  
 qui et a α | comedia α | atticam eloquentiam α || 28 eloquen-



Atticus; quidam de milite, ut per ironiam dictum sit; uel certe qui ad praesentem militem, ut credat se esse laudatum, 'dixi ego quod miles habeat in se eloquentiam Atticorum', siquidem et modo adiunxerit, quod dixit (*v. 62*) 'numquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent <sup>5</sup> plurimum'. ita usque ad extremum melius persona seruata est militis gloriosi <et> oratio, ut *ab* illis se diceret digni. — **64** NIHIL PRAETER PROMISSVM EST omnia, quae dixisti, inuenimus in milite. an: omnia, quae promisimus tibi, implebuntur et nihil est uel erit praeter id quod <sup>10</sup> diximus?

tiam <siue elegantiam> *F*, om. *G* || 2 qui *etc.*] *fort.* <sunt> qui ... <putent dictum> 'dixi *etc.* || 3 ergo *codd.* || 4 et <ille>? | dixerit  $\beta$  || 5 amarint  $\alpha$  || 7 et oratio *W.*: exaltatio *G*, oratio *rell.* || 8 praetermissum  $\beta$  | EST om. *F* || 9 an] et *G*